

N N N 41

# CONRADI GESNERI medici Tigurini Historiæ Anima lium Lib. I. de Quadru pedibus uiuiparis.

OPVS Philosophis, Medicis, Grammaticis, Philologis, Poëtis, & omnibus  
rerum linguarumq; uariarum studiosis, utilissimum si-  
mul iucundissimumq; futurum.

## AD L E C T O R E M .

H A B E B I S in hoc Volumine, optime Lector, non solum simplicem animalium historiam, sed etiam ueluti com-  
mentarios copiosos, & castigationes plurimas in ueterum ac recentiorum de animalibus scripta quæ uidere hactenus nobis  
licuit omnia: præcipue uero in Aristotelis, Plinij, Aelian, Oppiani, authorum rei rusticæ, Alberti Magni, &c. de animalibus  
lucubrations. Tuum erit, candide Lector, diligentissimum & laboriosissimum Opus, quod non minori tempore quam  
quidam de elephantis fabulantur, conceptum efformatumq; nobis, diuino auxilio nunc tandem in lucem ædimus, non modo  
boni consulere, sed etiam tantis conatibus (ut alterum quoq; Tomum citius & alacrius absoluamus) ex animo fauere ac be-  
ne precari: & Domino Deo bonorum omnium authori seruatoriq; qui tot tantasq; res ad Vniuersi ornatum, & uarios ho-  
minum usus creauit, ac nobis ut ea contempclarem uitam, ualeitudinem, otium & ingenium donauit, gratias agere maximas.



TIGVRI APVD CHRIST. FROSCHOVERVM,  
ANNO M. D. LI.

# De Alce. Lib. I.

3

colore quo cerui. Ab initio ubi enascuntur ad tres vel quatuor digitos rotunda sunt, deinceps latata & tenuia afferis instar, & circa finem multos producunt ramos. Facit haec latitudo ut scabellis idonea sint. Pondus cornutum ingens. Magnus horum animalium numerus est in sylvis Prussiae, Vngariae, & Illyriae. Maiora sunt ceruis & hirsutora, simili tamen pilo, in ceteris catida solum ceruis similia. Frontis latitudo ad duos palmos. Haec Albert. Videtur autem palmum pro dodrante dicere.

¶ Nunc reliqua addam, quae uulgo apud nos fertuntur. Cornua singula libras circiter duodecim appendunt, longitudine ferè duorum pedum, non ramosa ut ceruorum, mucronibus tamen aliquot diuisa, dodrantem lata, armi potius quam cornu figura, aduehuntur ex Lituania. Germanicum nomen miseriam significat: & uerè miserum est animal, si credendum est quod saepè audiuitur, quod quotidiani eum morbum comitialem ingruere, à quo non prius leuetur quam dextri (si bene memini) posterioris pedis ungulam auriculæ sinistram immiserit: quod ego si fit fortuito fieri suspicor, conuulsus & distortus morbi magnitudine membris. Vngulam habet ut bos bisulcam. Illam, uel partem eius, aut annulum inde factum, eiusdem morbi amuletum gestant: unde fit ut maximo pretio ueniat. Scio id non raro profuisse, saepius tamen frustra tentatum: causam alij in morbi discri-  
men reiçant, ego animi persuasionem superstitionis rebus magis minùsue aut nullo modo confitam effectus rerum maxime uariare crediderim. Capta uel modico uilnere laesa, expirat statim, prætimiditate nimis. Pro ungula eius argyratæ nonnulli bouinam uendunt, probatur odore, raditur enim & bene olet, ut fertur, bouis foetet. Alutarij pellem eius ad thoraces pescitum adipe (ad hunc usum alumini preferendo) præparant, ut imbræ arceat. Veneunt singule, ut audio, tribus autem qua tuor denarijs aureis. A ceruina, cui similis est, inspirata discernitur, fertur enim transmittere spiritum ut ab opposita manu percipiatur, cum sit plena meatibus & pilis in ea concavi. Ego ungulam integrum cum ima tibiae parte pilosa uidi, nec ullam in pilis cauitatem reperi: quamuis fieri potest ut meatus quidam qui in uiuis erant, mortuis collabantur, præsertim longo post tempore. Densa & solida est adeò, ut uehementes etiam iustus punctum cæsimq; factos auertat, & ferrei thoracis instar hodie expetatur: quod Aelianus Tarando etiam attribuit, qui ex boum sylvestris genere est: quam & Alces medici quidam & seplastarij hodie tarandulos uocitent, ut Ioannes Agricola Ammonius scribit: qui etiam de ungulis huius feræ prodidit: suspensas ita ut nudam cutem attingat, epilepsiam curare, & ab accessione eius liberare hominem, quamuis iam ore spumantem. Audio præterea ramenta uel scobem ungulæ aduersus eandem noxam in Polonia propinari. In Scandinavia, ut dixi, plurimæ sunt Alces, quæ gregatim degunt, & supra aquas gelu astrictas, irruentes in eas montanos lupos excipiunt: hanc pugnam uenatores obseruant, & partem uictam persequuntur. Trahuntur à cícuratis homines in uehiculis per niues & glaciem in Suedia: quod in Gotthia non licet, ne tanta uelocitate exploratores frui possint. Alces uiuæ captæ principib; aliquando inter mūnera mittuntur. Elegans & argutum est Andrea Alciati epigramma, ideoq; huc adscribendum:

Alciatae gentis insignia sustinet alce,

Vnguibus & und' y' fert avæbæmōlvs.

Constat Alexandrum sic respondisse rōganti,

Qui tot obiuisset tempore gesta breui.

Nunq; (inquit) differre uolēs, quod & indicat alce.

Fortior haec dubites, ocyor an ne siet.

## ALCIDA FERA FABVLOSA.

40. **DIODORVS** Siculus lib. 4. de fabulosis antiquorum gestis: Mineruā ferūt alcidam peremisse feram stupendam, ex terra natam, & antea, ut quæ natura plurimum ignis ex ore euomeret, insuperabilem pugna. Ea primum in Phrygia apparuit, regionem quandam comburens, quæ hucusq; exusta Phrygia dicta est. Deinde ad montem Taurum trāscendens, sylvas continuas usq; ad Indos incendio uastauit. Postmodum per mare in Phœniciam reuersa, sylvas Libani incendit: perq; Aegyptum in Libyam profecta, ad loca peruenit occidua. Postremo sylvis circa Ceraunia destructis, omnīq; incensa regione, cum homines partim flamma absunti essent, partim timore patriam linquentes ad remotiora diffugerent loca, Mineruam ferunt eam ferā necasse, pellem pectori circumdedisse. At uero alcidæ morte terra commota, deorum hostis, gigantes peperit. Haec illæ, Luius lib. 2. Decadis 5. Mineruam Alcidem cognominatam scribit.

## DE ASINO.

### A. Nomina

**A**SINVS, Græcis ὄν & καλός, Hebræis חמור chamor Deut. 5. Persis אֲבָרְבָּר care. Interpres Græcus fermè אַתְּנִזְׁתָּ uertit. Cæterum אַתְּנִזְׁתָּ atonot asinæ, in multitudinis numero ubiq; ponitur. Nō placet quod L X X. μύλοις, id est mulos uertunt, et Hieronymus asinos genere masculino. Inuenio & à posterioribus Iudæis pro asino poni tria haec uocabula, gaedor, tartak & caar. Est & עֵד air asini pullus uel asellus, Genes. 32. ubi translatio Chaldaica עֵד illy habet, Persica بَرَّهَةَ بَرَّهَةَ borah ha, Arabica بَرَّانَاتَانَ بَرَّانَاتَانَ atan, L X X. πῶλος simpliciter uertunt: & Iudicum 10. aliqui pullos equorum etiam exponent. Italico Iafino, Hispano asno, Gallis ung asne, Germanis Esel, Oul, Mülleresel, Illyrice osel, Anglice an asse. Asellus, αἴστηος, αἴστηος (οὐρίον enim insectum est) ab asino forma diminutua; quamquam simpliciter etiam pro asino



per contemptum pohatur. Nascuntur autem parui, vel uteri uitio, vel aliam ob causam praeter natu-  
ram, vel propter loci frigiditatem. Columella ab initio lib. 7. Principiū (inquit) tenebit minor Arca-  
diæ, uilis hic uulgarisq; asellus. Minor Arcadiæ, id est Arcadico asino, qui & maior & pretiosus est. 30  
B. Descriptio

Asinus animal gerulum, plagarum & penuriae inter iumenta tolerantissimus, tardius reliquis  
amentis deficit, laboris & famis maxime patiens, corpore macilento & deformi. Frigoris impatiens  
est: quapropter Pontica & Scythica terra & finitimæ asinis carent, ut etiam Celtica (Gallia supra  
Hispaniam sita) propter immodicu frigus. Parui sunt in Illyria, Thracia, & Epiro, cum cæteras qua-  
drupedes Epirotica terra magnas ferat. ¶ In mulis etiam, asinis communia quædam dicemus. Asi-  
ni speciosi & mularum generi seminando commodissimi forma, in mulis infra describetur. Ab aspe-  
ctu (inquit) non aliter probari debet, quam ut sit amplissimi corporis, ceruice ualida, robustis ac la-  
tis costis, pectore musculo & uasto, seminibus lacertosis, cruribus compactis, coloris nigri vel ma-  
culosi, aut etiam rubei, secundum Palladium. Nam murinus cum sit in asino uulgaris, tum etiam 40  
non optime respondet in mula. Murius apud Varronem: Ego, inquit, de asinis potissimum dicam,  
quod sum Reatinus, ubi optimi & maximi fiunt, è quo seminio ego hic procurauim pullos, & ipsis  
Arcidibus uendidi aliquoties. Igitur asinorum gregem qui facere uult bonū, primum uidendum  
ut mares, foeminasq; bona ætate sumat, utiq; ut quam diutissime fructum ferre possint, firmos, omni-  
bus partibus honestos, corpore ampio, seminio bono, ex his locis, unde optimi exeunt: quod faciunt  
Peloponnenses, cum potissimum eos ex Arcadia emebant, in Italia ex agro Reatino. Non enim si  
murenæ optimæ flutæ sunt in Sicilia & helops in Rhodo, continuo hī pilces emni mari similes na-  
scuntur. Et alibi apud Varronem: Quod similes parentum gignantur, eligendi, & mas & foemina  
cum dignitate ut sint. In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, & traditionibus domi-  
nium mutant, & de sanitate ac noxa solet caueri. ¶ Asino & tauro inter ea quæ animal generant 50  
crassissimus & nigerrimus sanguis est. Plinius asinis pinguissimum, homini tenuissimum esse scri-  
bit. Caput grāde (quanquam Aristoteles in Physiognomonicis paruū id facit:) aures longe latæq;. P  
Tum mas, tum foemina trigesimo mense dentes mittit priores; secundos autem sexto mense, atque  
etiam tertios quartosq; eodem: gnomonas hos quartos à dijudicanda ætate nuncupant. Quo dñino  
prius peperere quam decidant postremi, sterilitas certa. Cor ei pro portione maximum, ut omnibus  
timidis, aut propter metum maleficis. Venter unicus, ut & reliquis quæ solidas habent ungulas.  
Felle caret, ut solipeda omnia. Mammæ binas gerit inter femora, in anteriore dorsi parte circa sca-  
pulas debilior, ubi & crucis figura in eo apparet: posterius & circa lumbos ualidior. Caudam habet  
quam equus longiorem. Cur pili è cicatrice nascantur eis, nq; candidi, Aristoteles quærit Problema  
te 29. & 31. sectionis 10. Corpore asinorum exanimato scarabeos igni putant. ¶ Stygis aqua ex pe- 60  
tra profluens insigni frigiditate est, dissilientibus uasis omnibus, asini modo ungula excepta, aut mu-  
læ, sicuti aliij prodidere, nî mendosa sunt Græcorum exemplaria. Certe in libro de primo frigido Phr  
tarchus

tarchus de asini ungula intellexit, quod facit in historijs item Ioānes monachus in Alexandri mentione. At libro tricesimo Plinius, mularum ungulis contineri modo Stygis aquam prodit, facilis lapsus; nam Græce ὁ ασίνος est; mulus autem uel mula, ἡ μύων. Aut utruncq; est, aut forsan labitur Plinius. Nam in Alexandro Plutarchus ὁ χαλκός dicit: quanquam interpres equi ungulam reddidit, Cœlius Rhodig. Vitruvius etiam libro 8. mulina tantum ungula Stygis aquam conseruari posse dicit; Iustinius lib. 17. seu Trogus, equi. Curtius autem lib. 10. dum iumenti ait, in mediū relinquit. Aelianus non ungulis sed cornibus asinorum Scythicorum contineri scribit.

## C. Actio nes

Tardus & piger incessu asinus, eoq; uerberibus promouendus, inter quæ durissimus est. Rudissima & absonta uoce rudit, de qua plura mox in Philologia. ¶ Ferulæ asinæ gratissimæ sunt in pabulo, cæteris uero iumentis præsentaneo ueneno: qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui & se rula. Ocimum Venerè stimulat, ideo etiā equis asinisq; admittitur tempore ingeritur. Spinis quoq; adhuc teneris uescitur asinus, & fructibus arborū. Quin & eo rure (Columella teste) quod pascuo caret, cötineri potest exiguo, & qualicunq; pabulo cötentus. Qui ipse uel folijs spinisq; uel perticis salignis alitur, uel obiecto fasce farmentorū. Paleis uero, quib; fere omnes regiones abundant, etiā gliscit. Q. Hortensius maiorē curam sibi habet ne eius esuriant nulli in piscinis: quā ego habeo ne mei in Rosea esuriant asini, &c. Ego enim uno seruulo, ordeo, non multa aqua domestica, meos multinumos alo asinos, Varro; & alibi, Commodo(ait) pascuntur farre & furfuribus ordeaceis. Eadem ferè in pastu obseruantur quæ in equis. Aquæ potu pinguescere eos ferunt, & ex cibo eò magis proficere quo plus biberint. Pullum asinæ à partu recētem subiçtiunt equæ, cuius lacte amplior fit, & hippothelas uocatur; præterea edificant eum paleis, fœno, hordeo. Non nisi assuetos potant fontes, qui sunt in pecuarijs, atq; ita ut sicco tramite ad potum eant. Nec pontes transeunt per raritatem eorum translucentibus fluuijs. (Hic pro eorum aliâs legitur plancarū in Plinio: quæ uox etiam Gallica est, & pontium tabulas significat: ut non approbemus illos qui placarum, aut ut Hermolaus phalangarum legere malunt.) Mirumq; dictu, sitiunt; & si immutetur aquæ, ut bibant, cogende ex oneranda eū sunt, Plinius. Apud Afros pastorales asini reperiuntur impotis, id est, qui nunquam bipunt, Herodotus lib. 4. De asini pastu & potu uide etiam in equis. ¶ Non nisi spaciofa incubitant laxitate. Vatia nanq; somnio uisa concipiunt, ictu pedum crebro: qui nisi per inane emicuerit, re pulsu durioris materiæ clauditatē illico affert. Asinæ cur plus excrementi siccæ egerant quam hūmido Aristoteles inquirit Problemate 38. sectionis 10. Asinæ tenuiorem reddunt urinam quam mares. Purgantur mensibus, amplius quidem quam oves & capræ, sed multò ex proportione minus. ¶ Anna sacer Esau primus equis asinos copulauit, ut Iudæi asserunt. Isiodorus, Multus est in coitu asinus, minus tamē quam equus. Tam mas quam foemina mense tricesimo coit; sed magna ex parte nequeunt generare; uerum in bimatu, aut trimatu & semisse. Sed iam uel anniculæ uentrem gessisse asellam aiunt, ita ut quod pepererat, educari ac perfici potuerit, Aristoteles. Et Plinius similiter, Partus(inquit) à tricesimo mense oxyssimus, sed à trimatu legitimus: totidē quot equæ & eisdem mensibus, & simili modo, De asinis ad coitum idoneis lege Constantiū lib. 16. cap. 20. item cur equæ in Elide ex asini concipere non potuerint, Leonicenum 1. 62. Asinus nisi à prima dentium mutatio ne generare incipiāt, nunquam post generat, sed sterilis omnino perdurat, Aristot. Superstitione à quibusdam proditum est, asinas non concipere tot annis, quot grana hordei muliebris purgationis sanguine contacta ederint. Non equinoctio uerno, ut equæ & cætera pecua, admissarijs iunguntur asinæ: sed æstiuo solstitio, propter naturæ frigiditatem, ut tempore calido pulli nascantur, eodē enim tempore parit, quo coierit, Aristot. Admittuntur ante solstitium, ut eodem tempore alternis annis pariant, duodecimo enim mense conceptum semen reddunt, Varro. Mares in remissione operis de teriores ad generationem sunt, quamobrem ab opere non disiungunt. Asinus equam superueniens citius implet quam equus. Si equus superuenerit asinam, quam inierit asinus, non peruerteret asini initum; sed si asinus superuenerit equam, quam equus inierit, peruerteret (ita ut abortus sequatur, Plin.) propter seminis sui frigiditatem, Aristot. Et alibi, Asinus quidem equi genitaram corruptit, sed equus asini minime, cum equa iam asini initu conceperit. Cum uel equus cum asina, uel asinus cum equa inierit, multo magis abortus consequitur, quam cum unigenæ inter se iungantur: uerbi gratia, equa cum equo, aut asina cum asino. Euenit etiam tempus gerendi uteri, cum equus cum asino coierit, maris norma: id est, ut quanto spacio temporis mas perficitur suo in genere, tanto etiam foetus, quem ipse procreat, absolutur. At magnitudine corporis, specie, & uiribus, magis foemine, quam mari simile euadit quod nascitur: si frequenter coeant, necq; ulla interposito tempore cessent, quæ ita iunguntur, breui foemina sterilescit: qua de causa non frequenter ita coniungunt, qui cum huic adhibent rei, sed tempus aliquod interponunt. Non asinum equa, ut asina equum recipit, nisi asinus sit, qui equam fuxerit. Admittunt de industria quos hippothelas uocant, ac si equi mulgos cognomines, qui in pascuis modo equorum uiribus bonis superantes coeant. Rejicit asina semen à coitu nisi interpelletur: quamobrem statim à coitu uerberat insestanturq;, Aristot. Plinius rem eandem his uerbis exprimit, Incontinens uterius urinam genitalem reddit, ni cogatur in cursum uerberibus à coitu. Parit duodecimo mense (annū uterum fert & asina & equa) singulatim magna ex parte procreat prolem; ea nanc; natura est, ut unum pariat, sed nonnunquam gemellos etiam

ædit, rarissime tamen. Mulus ex asina & onagro genitus omnes antecellit. Parere uel in conspectu hominis, uel in luce nolit, sed tenebras querit (aliás in tenebras dicitur) cum parturit. A partu die se ptimo mari iungitur, eoq; die iuncta maxime recipit initum, sed postmodum etiam patitur. Solet hæc, nisi priusquam gnomonem amittat, peperit, nunquam postea initum recipere: si ante pepererit, parere tota sua ætate potest. Gignit tota uita (teste Plinio) quæ est ei ad trigesimum annum. Ad mularum maximè partus, aurium referre in his & palpebrarum pilos aiunt: quamuis enim unicorū reliquo corpore, totidem tamen colores quot ibi suere, reddit. Pregnantes opere leuant. Venter enim labore nationem reddit deteriorem. Marem non disiungunt ab opere, quod remissione laboris fit deterior. Secundum partum pullos anno non remouent à matre. Proximo anno noctibus partuntur esse cum his, & leuiter capistris, aliaue qua re habet uincos. Admittuntur ante solstitium, ut eodem tempore alternis annis pariant: duodecimo enim mense conceptum semen reddunt. In pastu eadem ferè obseruant quæ in equis. Partus charitas summa, sed aquarum tedium maius, per ignes ad fœtus tendunt. Eadem, si riuius minimum intersit, horrent, ita ut pedes omnino caueant tunc gere. Dolent eis à fœtu mammæ: ideo sexto mense arcent partus, cum equæ anno propè toto præbeant. Lac grauidæ habent mense decimo, uel ut Plinius scribit, prægnantes continuo lactescunt. Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac gustasse lætale est. Genus malii uocatur colostratio. Crassissimum asinæ lac est, ut quo coaguli uice utantur: tenuius equæ, tenuissimum camelii. Hæc Plinius, quomodo autem crassissimum sit asinæ lac paulò post differemus. Vita asinis ad trigesimū annum (aliás amplior annis triginta) foemina uiuacior mare est. ¶ Vno maxime morbo laborant, quem malida uocant, quod uitium in capite oritur, facitq; ut per nares pituita multa, rufa q; effluat, quæ si ad pulmonem descenderit, moriuntur: sed si in capite solum est, non infert intericatum. Soli inter animalia pilosa, non à pediculo tantum, uerum etiam rediuo immunes sunt. Plinius oues etiam à pediculis infestari negat. ¶ Asino moriente uiso celerrime deficiunt: raro aliqui morbis afficiuntur. Grammatici Græci malias monesse dicunt catarrhum per nares in asinis: & tornina etiam eis accidere: à neutro morbo eos euadere. Malie, μαλιν, apud eosdem, affectus iumentorum cum tussiunt: & malis, aphtha, id est, oris ulcus, inflammatio. Absyrtus de morbis equorum cap. 2. Maxima (inquit) agritudo est, à quo equi non facile conualescunt, quam pleriq; malin, alijs catarrhum, Romani sumperium uocant, est autem reuera articularis morbus, deinde eius signa & curationem subiicit. Nos plura de hoc morbi genere in Boue dicemus. Si oues utantur stabulo, in quo mulæ, aut equi, aut asini steterunt, facile incident scabiem, Columella. Circa Abderam & limitem qui Diomedis uocatur, equi nascentibus illic herbis pasti, inflammantur rabie, circa Potnias uero asini, Plinius. Asini in Thuscia depasti cicutam, tam graui somno premuntur, ut stupidi sensuq; priuati, casdauera uideantur. Et sæpe accidit, ut dum à rusticis propter pellem excoriarentur, iam dimidia parte detracta, tum primum expurgicerentur, excoriantibus inde uehementer cōsternatis, Petrus Andreas Matthæolus. Ad urinæ difficultatem asini, ut Suidas scribit, superstitioni quidam hæc uerba immurmurabant, Gallus babit & non meijt, myxus non babit & meijt. Ego pro myxo hīc myoxum id est bufonem accipio, ut suo loco repetam copiosius. Ad morbos particulares in equis, asinis, & mulis, sanguinis detractione utendum est, Hippocrates in Geoponicis. Eidem ferè morbi asinis & equis infesti sunt, & similiter curantur: proinde asinos curaturus ad equos transibit.

## D

Asinus ineptissimus est moribus, & degener animo, in primis mansuetus, ingenij placidi, stolidus, nec ulla uicunq; magna & iniqua onera detrectat. Obuijs in uia cedere nescit. Vocē hominis consuetam intelligit, & meminit iter quod aliquoties ingressus est. Maurusq; asini primum ut se in uiam dederunt, incredibiliter incitata celeritate iter conficiunt, ut euolare, non excurrere uideantur. Deinde eos cito fessos de uia, & pedes & spiritus deficiunt, ac pedū tarditate ad currentē constricti insistunt, & acerrimas profundunt lachrymas, non tantopere, meo iudicio, ob futuram mortem, quā ob pedum infirmitatem, quare ut captiuū ad equos alligati trahuntur, Aelian. ¶ Asino & tauro coriū aduersatur, quippe qui aduolans feriat, & eorum oculos laceret. Cum salo etiam auicula prælium ei est: Spinetis enim se scabendi causa atterens, nidos eius dissipat: item cum spino, cui uictus à uepribus, quas asinus tenellas adhuc pascit. Sunt & lupi eis inimici, ut qui carne alantur, itaq; ab illis circumueniuntur. Cum lupum asinus præsentem uiderit, caput in latus uertit, ne aspiciat, & uisu auerso inuiditur. Præterea colotè hostis est: dormit enim colota in præsepibus, & nam rem subiens asini, ne comedat, impedit. Plura de colota lib. 2. in Stellione docebo. Querunt asini asplenon herbam, ut minuant atram bilem. ¶ Ammonianus Syriano cognatus, poetarum interpretationi & Græcae linguae elegantiae deditus erat, atq; asinum sapientiae auditorem possidebat, Suidas. Quod asini etiam discernant genus, speciem ac indiuiduum, Galenus cōfirmat lib. 2. Methodi, his uerbis: Adeoq; (inquit) est euidens, ac omnibus natura insitum, tum hominibus, tum brutis, ut aliud quid. ceu in substantia subiectum, aliud ceu specie unum intelligat: ut uel asinorum (qui tamē omnium brutorum stupidissimi uidentur) aliud esse specie unum, aliud numero, notitiam non fuit. Conspecta nanq; camelō, asinus se retrahit, & fugit, ac timet, si nunquam ante camelum conspexit: si autē uideat iam assueuit, quamuis aliam aliamq; illi demonstres, tamen propter consuetudinem non amplius timet, sed ueluti unam speciem intuetur, & illam cui insuevit, & hanc quæ nunc primum

primum apparet. Ad eundem modum nec homines timet propter consuetudinem; sed hos quoque uelut unam speciem uidet. Verum si curatorem inspexit, non solum ut hominem, sed etiam ut hunc hominem agnoscit, & micat auribus, & caudam quatit, & rudit, & lascivit, cum eum aspexit, utique indicans se familiarem agnoscere. Hunc itaque tum ut hominem, tum ut familiarem noscit. Eum autem quem primum iam uidet, ut hominem similiter, ut familiarem non similiter. Et paulo post. Eodem modo uia norunt, non tantum absolute ut uiam, sed etiam ut hanc aliquam uiam. Nam in ingressu uiae quam non nouit, asinum statue, attendeque ut illam perambulet, ac totam peragat, in neutram partem declinans, nisi sicubus in diuersa scinditur, utique declarans se speciem ipsam uiae meminisse & clare agnoscere. Quippe inambulat eam, quae trita est: quatenus autem ignorat, fallitur. Neque enim ex recordatione eius, quae insectilis unaque numero est, hanc quam non nouit, peragere potest: & quae sequuntur reliqua.

Huius loci sunt etiam quae in Physiognomonicis Aristotelis legimus, ubi ex aliqua hominis & partium eius ad asinum similitudine de ingenio pronunciat. Asinus, inquit, & suibus communis est intemperantia circa Venerem: Asinus proprius, cura & solicitudine carere. Qui asinos referunt capite paruo, ferè sunt stupidi: Qui facie carnosa, timidi: eadē magna, tardi: Qui fronte rotunda, stupidi: Qui eminentibus oculis, simplices; magnis, asinini: Qui labijs crassis, & superioribus magis eminentibus, stulti: denique uoce magna & graui, contumeliosi, uel (si Graece mauis) uilescunt. Adamantius etiam illos quorum oculi sicut asinis prominent, dementes & contumeliosos esse coniicit.

E.  
 Tertio anno domare incipiunt ad eas res, ad quas quisque eos uult habere in usu. Greges eorum non sanè fiunt, nisi ijs, qui onera portent, ideo quod plerique deducuntur ad molas, aut ad agriculturam, ubi quid uehendum est, aut etiam ad arandum, ubi leuis est terra, ut in Campania. Greges fiunt ferè mercatorum, ut eorum qui è Brundusio aut Apulia asellis dossuaris comportant ad mare oleum, aut uinum, itemque frumentum, aut quid aliud, Varro. Cæterum Columella lib. 7. initio: Principium (inquit) tenebit minor Arcadiæ, uilis hic vulgarisque asellus, cuius plerique rusticarum rerum autores in emendis tuendisque iumentis præcipuam ratione uolunt esse; nec iniuria: nam absque ullo ferè sum ptu alitur (ut supra explicauimus) & imprudentis custodis negligentiam fortissime sustinet. Huius animalis tam exiguae tutelæ plurima & necessaria opera supra portionem respondent: cum & faciem terram, qualis in Bætica totaque Libye sit, leuisbus aratis proscindat. In Byzacio Africæ illi cetenaria & quinquagena fruge fertilem campum, nullis cum siccus est arabilem tauris, post imbres uili asello, & à parte altera iugis anu uomerem trahente, uidimus scindit, Plinius. Ad hæc uehicula non nimio pondere trahit. Sæpe etiam ut celeberrimus poeta memorat, Tardi costas agitator aselli, Vilibus aut onerat pomis, lapidemque reuertens Incussum, aut atræ massam picis urbe reportat. Iam uero molarum & conficiendi frumenti penè solennis est huius pecoris labor. Quare omne rus tanquam maximè necessariū desyderat asellum: qui, ut dixi, plerique utensilia, & uehere in urbem, & reportare collo, uel dorso commode potest, Columella. Apud nos molitores maximè asellis utuntur, & rustici ad lignationem, & rebus suis uehendis mendici. Quicquid per asellum fieri potest uillissime constat, Plin. Mulis, equis, asinis feriae nullæ, nisi si in familia sunt, Cato. Quot iuga bovium, mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet, Idem. Alibi quoque asinos plostrarios, & asinum molarium: & iugum asinarium apud Catonem nominari reperio. Asinum 400. nummum emptum Q. Axio Senatori, autor est M. Varro, haud scio an omnium pretio animalium uicto, Plinius. Quæstus ex ijs opima prædia exuperat. Notum est in Celtiberia singulas quadragenis milibus numeru enixas (alias emi) Plin. Asini Arcadicæ in Græcia nobilitati, in Italia Reatinis, usque eò ut mea memoria asinus uenierit seftertijs millibus sexaginta, & unæ quadrigæ Romæ constiterint quadrinquentis millibus, Varro. Et alibi, Optimum est (inquit) Reatinum seminium, ubi tricenis ac quadragenis millibus H. s. admissarij aliquot uenierunt. Quadraginta seftertia ualent ære Gallico bis mille libras Turonicas, hoc est mille solatos bilibres. Tanti comparata referunt asinam Reatinam geru lam, aratricem & prolificam. Quo sit ut sexaginta milia sefteriorum nummorū, quibus asinum sua memoria emptum Varro miratur, solatorum mille quingentorum compleant æstimationem, ut Robertus Cenalis calculauit. Et quoniam asini propter mulorum generationem præcipue utiles ac pretiosi sunt, multa hic quae ad eam & asinos admissarios pertinent, dici poterant, nisi commodius uide retur in mulorum usque mentionem ea differri. Ex onagro & asina genitus omnes antecellit, Plinius. Carmani propter equorum inopiam asinis in bello plurimum utuntur: & asinum Marti sacrificant, quem solum Persæ ex omnibus diis colunt, & bellicosus sunt, Strabo lib. 15. Asinum lac miscent ad Phrygium caseum conficiendum, Aristot. Stercus asinorum primum est maxime hortis; deinde ouillum, & caprinum, & iumentorum, Palladius. Brassicis simum asinum maxime conuenit, Plin. Quidam bubulo iumentorum simum præferunt, ouillumque caprino: omnibus uero asinum, quoniam lentissime mandant; è contrario usus aduersus utrumque pronunciat, Idem. Tibiae ludicrae nunc è loto ossibusque asini & argento fiunt, Plinius: & alibi, Asinorum (inquit) ossa ad tibias canora sunt. Tibiarum artifices ceruinis ossibus, quorum olim usus erat, asinina preponunt, tanquam argutiora; & Aesopus apud Plutarchum in sapientum conuiuio miratur tam crassum & à Musis alienum animal ossa maxime tenuia & musica habere. Niloxenus etiam eodem in libro: Busiritæ inquit Naucratitas nos accusant, quod ex asinis ossa tibijs adhibere cœpimus, cum ipsis uel tubam

# De Quadrupedibus

audire nefas sit, quod asini uocem assimileat, qui propter Typhonem eis exosus est. Colysanemas cognominatus est Empedocles Laertio teste: Nam cum Agrigentini uento infestarentur, illum auer- tisse dicitur circumpositis urbi pellibus asinorum innumeris. Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, ut illuc lapidi insistens omnibus esset conspicua. Deinde impo- sitam asino, atq; ita per totam ciuitatem circumductam, reducebant ad lapidem, ut ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnem uitam, & ignominiae gratia ὀνομάτης dicebatur, quod asinum equitasset. Lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur in quo steterat mulier, Plutarchus in Problematis. Quadrabit haec nomenclatura adagij instar in quamvis prosti- tutae famæ. In Varini Camertis Lexico onobostides & onobatides eodem sensu legimus. Oneabas, Stephano ὄνειρας, Aegypti urbs est. Maxima etiā apud Parthos ignominia ducebatur, nudum asino inuehi, Suid. ¶ Mesha Arabice nominatur pannus contextus ex pilis asinorum & capra- rum, uel caprinis tantum: unde Arabes solitudinum incole tentoria & saccos sibi conficiunt, An- dreas Bellunen. Equæ calutaria, sed non uirginis, intra hortum ponenda est, uel etiam asine. Credun- tur enim sua præsentia fœcundare quæ spectant, Palladius. Columella lib. 10. inter rusticorum reme- dia aduersus tempestates, sic scribit: Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.

## F.

Pullos asinarum epulari Mecœnas instituit, multum eo tempore prælatos onagris: post eum interiūt autoritas saporis, Plin. Aristophanis interpres in Vespis scribit asinos Athenis in cibum ue- nisse, super his uerbis poetæ: ὅταν φάγεται τὸν γάρ πόσιον γέροντος ἡλικίας, οὐτὶ τοι εἰπεῖν τὸν γάρ πόσιον ὅταν ἡ βούς. 20  
 ¶ Sunt qui asinorum domesticorum, etiam cum senuerunt, carnes mandat: quæ pessimi sunt succi, ac concoctu difficultimæ, stomachumq; ledunt, & prætereal inter edendum sunt insuaves: quemad- modum equorum ac camelorum carnes, quibus etiam ipsis homines, animo & corpore asinini ac camelini, uescuntur, Galenus lib. 3. de alimētorum facultatibus. ¶ Lac muliebre temperatissimum est, mox caprillum, hinc asinum, ouillumq; postremo uaccinum, Aegineta. Archigenes & Phila- grius omne lac incommodum esse calculosis pronunciāt, præter asinum, quod substantia tenuis- simum est, & facultatis facillimè dissoluentis. Igitur mirabiliter articulorum tumores & nodos (quos ad callosæ duritie modum ex uitiōsi lactis usu pueri sustinere coguntur) leuigat & delet: unde admonendum duxi ut ipsum calculosis assidue heminæ mensura exhibeat, post matutinas deam- bulationes, atq; id præseruandi à lapidis generatione gratia, præ omnibus alijs fiat, Meminit horum 30 Aetius in curatione lapidis uescicæ. Idem scriptor alibi de suppurratis renibus tractans, his uerbis uti- tur: Lac itaq; cum melle post puris eruptionem eis præbendum: & primum quidem asinum aut equinum, ad ulceræ enī repurganda conducit: quum uero repurgatione amplius opus non ha- bent, & morsus fiunt obtusiores, indigetq; æger nutrimento, tunc etiam bubulum lac eis exhiben- dum durarum aut trūm heminarum mensura. Bubulum, asinum, & equinum lac, uentri magis idonea sunt, sed ipsum turbant, Dioscorides. Maximè p̄purgat lac equinum, tum asinum, dein- de bubulum, tum caprimum, Varro. Pullum asinum à partu recentem subiçunt equæ, cuius la- cte ampliores fiunt; quod id lac quā asinum, ac alia omnia dicūt esse melius, Idem. Dulcissimum ab hominis lacte camelinum, efficacissimum ex asinis, Plin. Bubulum lac pinguisimū est, ottinum & caprinum multo minus, asinarum minimum pingue habet. Quamobrem perraro alicui in uen- tre coagulatur, si recens mulsum & calidum adhuc bibatur: quod si sal & mel adiçiantur, fieri non poterit ut amplius coaguletur in uentre. Eandem ob causam aluum magis subducit, quod sérum ei copiosius insit, minus autem de casei natura, cuius ratione lac aluum sifit, Galenus lib. 3. de alimen- torum facultat. Et alibi, Equinum lac oxyus descendit, similiq; modo asinum. Quæritur apud recentiores medicos, an asinum lac sit omni alio tenuius: quoniam Galenus secum etiam in hoc pugnare uidetur, lib. 6. de sanitate tuenda inter omnia lactis genera tenuissimum dicens: tertio au- tem de alimentorum facultat, paulò ante citatum iam locum camelinum & equinum ei in tenuita- te præferens, Aristotelem tertio de animalium historia secutus. Hos locos Ioan. Manardus in episto- lis ita conciliat: Sexto de sanitate tuenda, inquit, Galenus asinum lac leptomerestaton, id est, ma- xime tenuium partum affirmat; in tertio uero de alimentis, camelinum asinino, non in tenuitate 50 sed in humiditate præfert, hygrotaton enim dicit. Quare nisi fateri uoluerimus Aristotelē aliud sen- sisce quā Galenum, dicere oportebit, quod per tenuissimum non intelleixerit tenuissimatum par- tum, sed maxime humidatum, Hæc ille. Ego Galeni uerba sic accipio, asinum lac tenuissimum re- cte dici, si comparetur animalium lacti quæ apud nos & plerasq; gentes mulgeri solent, uaccarum nempe, ouium, & caprarum; simpliciter uero, & comparatione ad animalia quorum inusitatum fe- re ad cibum & potum in Europa lac est, ut camelī & equi non tenuissimum, sed crassius. Sic etiam Plinius tenuissimum lac camelis esse scribit, mox equabus, crassissimum asinæ, ut coaguli uice utan- tur. Crassissimum dixisse uidetur, pro crassius quā camelī & equæ. Leptomeres, id est, tenuissimum par- tum uocatur, quod non crassis neq; uiscosis partibus constat, & cito ac facile corporum meatus su- bit; id quod lacti eò magis conuenit, quò liquidiū est, minusq; caseose substantię habet, ut Galenus 60 ipse exponit. Sed ne sim longior, & si plura hoc in loco contra Manardum dicenda haberem, ad re- media transeo quæ ex asino & diversis eius partibus apud scriptores celebrantur.

## G.

Ex eadem aqua, de qua bos aut asinus biberit paululum sumptum & potatum, tollit efficaciter capitis dolorem, Marcellus & Plin. Ad comitialem prodest asini cerebrum ex aqua mulsa, infumatum prius in folijs, semuncia per dies potum, Plinius lib. 28. cap. 16. Numerus dierum in exemplari bus uulgatis non est expressus: ex sequentibus tamen constat non pauciores esse quam 30. Ridiculum est quod apud eundem legitur: Si quis asino (inquit) in aurem percussum à scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt. Est genus febrium quod amphemerinum uocat, hoc liberari tradunt, si quis è uena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminibz aquæ hauserit: item uenena ta omnia accenso asini pulmone fugere, Plin. Idem si tritus bibatur ad anhelitum & tuſſim commen-  
10 datur ab Haly Arabe. Sunt qui ex asino mare nigroq; cor edendum cum pane sub dio prima aut secunda luna præcipiant contra morbum comitialem, Plin. Iecur inassatum esu comitialibus prodest, sed iejunis edendum præcipitur, Dioscorides. Alij admixta modice panace, ori instillandū do-  
cent, idq; diebus quadraginta: sic à comitialibus morbis & alijs infantes tueri, Plin. Aridum tritum cum petroselinī partibus duabus, & nucibus iuglādibus tribus purgatis ac melle illitis (aliās ac mel le tritum) in cibo datum hepatico ieuno mirabile est, Plinius & Marcellus. Cinis ex eo cum oleo ad scrophulas utilis est: item ex hepate & carne eius cinis ad fissuras frigore cōtractas, ut Avicenna scribit: ego Dioscoridem magis approbo, qui utraq; hæc remedia angularum cineri attribuit, ut etiam Rasis. Ad lienis uitium efficacissime datur inueteratus lien asini, ita ut in triduo sentiatur utilitas, Plin. Si lienosus de splene asini arefacto quotidie iejunus pauxillum manducet, ita potenter sanabitur, ut intra triduum utilitas remedij huius appareat, Marcel. Splen contritus & ex aqua impositus mamillis lac prouocat, Sextus. Lien inueteratus ex aqua illitus, mammis abundantiam facit, uuluras suffitu corrigit, Plin. Splenis asinini leuissimus puluis, cum seuo ursino & oleo ad mellis crassitatem redactus, & illitus, supercilijs pilos restituit, Rasis. Renes inueterati tritiq;, & in uino mero dati, uescicæ medentur, & urinæ incontinentiam cohibent, Plin. Eisdem arefacti atq; exusti tritiq;, id est in puluerem tenuissimum redacti, & ex mensura conchulæ unius cum uini meri cyathis duobus stran-  
gurioso potuī dati efficaciter medentur, Marcellus. Cinere genitalis asini spissari capillū putant, & è canicie uindicari si rasis illinatur, plumbōq; tritis cum oleo, Plinius. Coitus stimulat dexter asini testis in uino potus pro portione, uel adalligatus brachiali: nec non eiusdem à coitu spuma collecta roseo panno, & inclusa argento, ut Osthanes tradit. Salpe genitale (asinī) in oleum feruens mergi ju-  
30 bet septies, eoq; perungi pertinentes partes: Bialcon cinerem ex eodem bibi. Testes sale aspergunt, & aspersi potionē, in asinarum maxime lacte uel ex aqua, ad comitialem prosunt, Plinius. Fel tauri uel asini utrumq; per se se aqua infractum, maculas in facie tollit, euitatis solibus ac uentis post detractam cutem. + Sanguis asini sedat fluxum sanguinis ex uelamine (id est, cerebri tunica, ni fal-  
lor) Barbarus quidam: (Dioscorides hanc uim cerebro gallinaceorum attribuit) Eiusdem tres uel  
40 quatror guttae cum uino haustæ, febres quotidianas sanant, Aesculapius quidam, Plinius, ut paulo ante retuli, idem scribit de tribus guttis sanguinis ex uena auris, in duabus heminibz aquæ haustis. Sanguis asinini pulli ex uino, regio morbo medetur, Plin. Adipem tradunt cicatrices corpori con colores reddere, Dioscorides: uel ut alijs, uestigia cutis abolet; ut Plinius, cicatrices nigras reducit ad colore. Sanat & uuluarum exulcerationes idem inueteratus, & in uellere appositus duriciem uul-  
uarum emollit: per se uero recens & inueteratus ex aqua illitus, psilotri uim obtinet, Plin. Si me dulla asini aut seuo, is qui comitialem patitur, loco calido inungatur plurimum iuuabitur, Rasis. Scabiem hominis asininae medullæ maxime abolent, Plin. Seuo cicatricibus ac licheni leprisq; maximè color redditur: Sole adusta eodem aptissime curantur, Plin. Coitus stimulat anseris masculi adipe permixto illitum, Plin. Sextus similiter, qui non seuum sed adipem rectius uocat, & ad anum hoc medicamentum apponi iubet. Pellis infecta impauidos infantes facit, Plin. Ossa confracta & decocta contra leporis marini uenenum dantur. Vngularum asini cinis per dies multos (toto men-  
se, Plinius) binis cochlearibus (uel ut Rasis habet, pondere trīum aureorum & dimidijs) potus, prodit  
50 comitiales adiuuare: eadem oleo subactæ strumas discutunt: & illitæ (puluis siccus illitus) per nionibus medentur, Dioscorid. & Galenus lib. 11. de simplicibus pharmacis. Perniones Græci chi metla uocant, aliqui in iam citato Galeni loco non recte phygeta legunt. Strumas discutit ungulæ asini uel equi cinis, ex oleo aqua illitus, & urina calefacta, Plin. Curat etiam ea quæ serpunt ulce-  
ra, inspersus, Idem. Vngulæ asininae suffitæ partum maturant, ut uel abortus euocetur: nec aliter ad-  
hibetur, quoniam uiuentem partum necant, Plin. Cinis ex eisdem cum asinæ lacte inunctus, cicatri-  
ces oculorum & albugines tollit. Vt leucomata oculorum efficaciter discutias, ungulas asini uiuen-  
tis lima, & scobe earum quam tentissimo, qui levitate sua oculos non offendat, cum lacte muliebri mixto, frequenter inungito, Marcellus. Annulum ex ungula asini, in quo nigri nihil sit, ab epileptico gestatum, prohibere ait ne concidat. Hodie idem pollicentur de annulo ex ungula alces. Ca-  
pilli & barbae nascentur etiam glabro, si lichenem asini, id est collectionem duram quæ est circa cru-  
ra eius, comburas, & teras, & puluerem illum ex oleo uetere imponas: hoc ita ualidum est, ut si mu-  
60 lieri inde maxillam unixeris, barbas ei nasci scias, Idem. Lethargicos excitat illitus ex aceto, Plin. Ex quacunq; causa grauedinem capit exortam, quæ intempestivum concitet somnum, sine dolo-  
re discutit, si quis impetigines in asini erubibus naturaliter natas detrahatur, easq; in scobē delimatæ,

+ Plin. et Marce-  
lus.

# De Quadrupedibus

immixto acetō naribus penitus obstipet, Marcell. Carnes ex iure sumptae phthisicis medentur. Hoc genere maximē in Achaia curant id malum, Plinius. Simile quid apud Aviceñam legitur. Sunt qui carnem asini, sanguinem alij acetō dilutum, per dies 40. bibendum contra morbum comitialem præcipiunt, Plin. ¶ Asinum lac cum melle potui datum, uentre facile & sine périculo soluit, Marcel. Dioscorides & alij simpliciter aluum mollire scribunt, Bubulum, asinum, & equinum lac, uentiū magis idonea sunt, sed ipsum turbant, Dioscorid. Asinum peculiariter collutos dentes gingivāsque stabilit, Idem. Eodem lacte percussu uexatos dentes, aut dentium eiusdem cinere, confirmari notum est, Plin. Non solum enim dentibus innoxium est, sed ob tenuitatem etiam abstergendo conducit. Comitialibus morbis utiles tradūt testiculos arietinos inueteratos tritosque dimidio denarij pondere in aqua, uel lactis asinī hemina. Interdicitur uini potus quinis diebus ante & postea, Plin. Ad comitiales (ut diximus) coagulum uituli marini bibunt, cum lacte equino asinī ue, aut cum punici succo: quidam ex acetō mulso; nec non aliqui per se pilulas deuorant, Idem. Lac asinum melle mixtum Galenus iuueni, qui ferè cōtabuerat, à balneo statim exhibuit. Suspiriosis ante omnia efficax est potus equisferorum sanguis: proxime lactis asinī tepidi cum bulbis decocti, ita ut serum ex eo bibatur, addito in tres heminas cyatho nasturtij albi, perfusi aqua, deinde melle diluti, Plin. Si dolent ubera, lactis asinī potū mulcentur: quod addito melle sumptum & purgationes mulierum adiuuat, Idem. Stomachum exulceratum lactis eiusdem potus reficit, item bubuli, Plin. Aristolochia uel agaricum, obolis ternis ex aqua calida, aut lacte asinī pota, stomachi uitia sanat, Idem. Heraclides orthopnoicis dedit anisi seminis, quod ternis digestis prehenderit, tantundem hyoscyami cum lacte asinino, Plin. Commendatur etiam ad tussim, extenuatiōnem, iputum sanguinis, hydropem & duritiem splenis. Capiti tamen infirmo, & uertigine aut tinnitu laboranti non conuenit. Priuatim prodest contra gypsum, & cerusam, & sulphur, & argentum uiuum: item duræ aluo in febri. Gargarizatur quoque fauibus exulceratis utilissime: & bibitur ab imbecillitate uires recollentibus, quos atrophos uocant. In febri etiam quæ careat dolore capititis. Pueris ante cibum lactis asinī heminam dari, aut si in exitu cibi rosionem sentirent, antiqui in arcanis habuerunt; si hoc non esset, habuerunt ē caprino, Plin. Eiusdem potus utilis est cœliacis & dysentericis, addito melle, Plin. Tenesmus (id est crebra & inanis uoluntas egerendi) tollitur poto lacte asinī, item bubulo, Idem. Sunt inter exempla qui lac asinū bibendo liberati sunt podagra chiragra ue: Alij uero seruas asinī potū eosdem morbos prorsus euasere, Plin. Aqua multa contra hyoscyamum sanguinaris est cum lacte, maxime asinī. Idem. Asinī lacte poto uenena restinguuntur. Peculiariter si hyoscyamum potum sit, aut uiscum (chameleon ixias potius) aut cicuta, aut lepus marinus, aut opocar pathum, aut pharicon, aut dorycnium: & si coagulum alicui nocuerit: nam id quoque uenenum est in prima lacte coagulatione. Sed meminisse oportet recenti urendum, aut non multò postea tepefacto. Nullum enim celerius euaneat, Plin. Cancri fluuiatiles triti potiisque ex aqua recentes, seu cinere adseruato, contra uenena omnia prosunt, priuatim cōtra scorpionum ictus cum lacte asinī: uel si non sit, caprino, uel quocunq; Addi & unum oportet, Idem. Rupta, conuulsa, cancri fluuiatiles triti in asinī no lacte maxime sanant, Idem. Asinum lac conferre aliquid candori in mulierum cute existimatur. Poppea cerie Domitij Neronis coniunx, quingentas per omnia secum foetas trahens, balnearū etiam solio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque curem credens, Plinius: & rursus alibi, Cutem (inquit) in facie erugari & tenerescere, & candorem custodire lacte asinino putat. Notumque est quasdam quotidie quingentarum custodiō numero souere: Poppea hoc Neronis principis instituit, balnearum quoque sic solio temperato, asinorum gregibus ob hoc eam comitantibus. ¶ Vrina asinī atritus calciamentorum cum luto suo illita sanat: item scabiem hominis, & unguis scabros, Plin. Lepræ ac furfures tollit tauri, uel addito nitro urina asinī circa canis ortum, Plin. Asini urina traditur nephriticis siue renū uitijs mederi in potu, Dioscorides. Eadem cum melanthio prodest contra omnes impetus & suppurationes siue panos & apostemata, Plin. Alij ulceribus exedentibus & humidis utilem prædicant. Sideratis urina pulli asinī nardo admixto perunctione prodesse dicitur, Plinius. Eadem capsillum densari putant, admiscentque nardum fastidij gratia, Idem. Vrina muli uel mulæ uel asini cum suo luto illita, & clavos abolet, & callis medetur, Marcel. ¶ Fimū asinī recens cum rosaceo in grauitate aurium tepidum instillatur, Plin. Ulcera capitū subito nata sanantur, si asini stercoris succo, & scilicet contritæ quantum satis videbitur, & bubulæ adipis tantundem miscueris, atque ad capitū ulcera ieiuli ceroto usus fueris, Marcel. Tam asinorum quam equorum fimum, siue crudum, siue crematum, addito acetō, sanguinis eruptiones cohibet, Dioscorid. Stercus asinae aridum naribus infriuctum sanguinem sine intermissione fluentem cito compescit, Plin. Idem si recens imponatur, profluvia sanguinis mira sedare dicitur: item cinis ex eo. Qui uulnæ etiam prodest impolitus, Plin. Ad sanguinem undecunq; fluentem adhibetur: si ē naribus profluat, succus expressus instillatur ac retinetur. Si obstruuntur eo uenarum uel arteriarum aperta oscula, sanguis continetur. Fimus asinī calidus uino miscetur, cui intincta ut assatim succum combibant linamenta goffampina, ad fluxum sanguinis coercendum locis affectis immittitur, Rasis. Emplastrum ex eodem fronti impositum fluxionem auertit, Rasis. Armentarij equi uel asini, qui herba pascitur, siccum fimum liquatum in uino, mox potum, contra scorpionum ictus magnopere auxiliatur, Dioscorid. Asinī fimi cinis ex uino cœliacis & dysentericis confert, Plin. Fimus asinī pulli, quod primum ædidit à partu, polean uocans Syri, dant in acetō mulso contra lienis uitium; Idem cœliacis & dysentericis confert; In lapa decoctum, colo magnopere prodest;

dest: Datum fabae magnitudine è uino medetur morbo regio intra diem tertium: Eadem et ex equino pullo similiter quod uis est, Plinius. Eruptionibus pituitæ asinini simi cinis illinitur cum butyro, Plinius. Equarū virus à coitu Anaxilaus peditit in lycnis accensum equinorum capitum uisus representare monstrifice: similiter ex asinis, Plin. Membrana partus earum, præcipue si marem pepererint, olfacta, accidente morbo comitialium resistit, Plinius.

## H. Philologia de asino.

**A**sinus Græcis ὄνος dicitur παρά τὴν ὄνησιν, quod hominum opera sinet, unde & instrumenta Latini dicta. Ασπόβητος, mulus est. Cyrenenses asinum θεμοῦ uocant: Cretenses δάλευος: quidam βόναλον, quidam καλόν, alij μεγάλυκον à nimia uocis absurditate. ὄνδριον, ὄνδρον, et κανθίς, diminutiva sunt. Asella pro ala quoque siue axilla reperitur, unde illud in sacris, Prover. 19. & 26. Abscondit piger manū sub asella; sic à qualo quasillum dicimus. Καθέλον Varinus asinos interpretatur, quae uox ad canthelios accedit. Inueniuntur & haec nomina apud Græcos, κάνθαλον, unde uocatus cantharus, id est scarabeus, qui ex asini simo sobolem sibi parat: κάλλα, quod talum quoque significat: μύνον apud Varinum, haud scio quā recte scriptum, Morios, ut D. Cyrilus in Osee propheta exponit, alij uero magnam belloram, quæ propter feritatem solitaria pascatur, proprie tamen aprum significat, qui solitarius degit. Suidas etiam lupum solitarium interpretatur. Ρελιας, asinus fuscus, Etymologicon. Πατρόθητη πορθιναλα, ὄντη πατρόθητη εἰσὶν ὄνων ἡμίονοι, apud Varinum. Τερύνης, asinus labore & senio cōflectus: accipitur etiam pro homine sene & ætate exhausto. ὄντηβας, asinus, uel aries agrestis, Suid. ὄντηβαντες etiam pulpita discuntur, εἰφῶν ἄντρων ἐστοιχών ὑποκρίσαι, οὐονέται βαντες, Camers. Aristophanes in Vespis, οὐτ' εὔοιγενδον αλλαται. Ομοιότατος κλιτῆρος εἴναι τωλίων. Κλιτῆρες dicuntur ministri publici qui homines ad iudicia uocant, item testes qui uocantur: sed poëta κλιτῆρος hic dixit παρά ύπόνοιαν ἀντὶ τοῦ ὄνου ἡ ἡμίονος. Et alibi in eadem commedia, Εοικας ὁ τριγονούτα νικοπλότῳ τευχίς. Κλιτῆρες τοῦ ἀχυρώνας ἀποστολοποτί: Hic item κλιτῆρες dixit pro asino, est autem scomma in senem φιλοθικασίην. Γρωθῶν, anus putida, uel asina uetula: φορωνεύς, asinus regius, Varinus. Μυχλὸς, libidinosus, mœchus, ut μάχλος: Phocēses asinos quoque admissarios mychlos nominant. **A**sini epitheta apud poëtas leguntur, tardus, onerarius, dosifurarius, uilis, plaustrarius, molarius, piger, pandus, vulgaris, Arcadicus, Mænalius, ignauus, lente gradiens, auritus, iners, rudens, segnis, horripilus, turpis, clitellarius, lentipes, quadrupes, insulsus, miseranda sortis. Et apud Græcos ναθης, παλινζειβης, δυκκης, θερετης: λεπαγος, πολύσκαρθος: γυναλάτης ὄνος interpretantur Grammatici & καθηκόντενον τῷ δομῇ, quod epitheton cani sagaci aptius est. Extat egregium Palladæ epigramma in asinum segnem, non indignum hinc legi.

Ἄντιστασον τις ὄνοι μακρόδυνον ἔλαχον,

Τῶν Βασσαλούμενῶν ὅρμου ὁδονούσιν.

Ὕιον δὲ Βρασιλυτῆτος, ὄνοι, πόνοι, ὄντεροι,

Τῶν ανακαμπτόντων ὄντειον, πρότοροι.

De asello insecto multipede, & eiusdem nominis pisce, suis locis dicetur: utrumque enim Græci onus uel oniscion uocant: utrique à cinereo (quem Germani etiam asinimum uocant) colore nomen. Asinus & Asellus nomina propria virorum leguntur. Heratia insula est, quæ antea dicebatur Onus; Plin. Asine, Ασίνη, Peloponnesi uel Achaiae urbs iuxta Messeniam, unde sinus Asinæus: Lucanus. Quas Asine cautes, & quas Chios asperat undas. Est & Laconica urbs dicta ab Asine filia Lacedæmonis, item Cypri & Ciliciæ. Præterea uasis genus est ὄνος apud Aristotelicos inter exempla homonymia, quod à figura sic dictum coniūcio, ut orcam à bellua marina. In signo canceri duæ sunt stellæ paratæ Aselli appellatae, Plinius libro 18. Exiguum inter illas spatium obtinet nubecula, quod præsepe dicitur, Lacstantius. In canceri deformationis parte, ut Hyginus scribit, sunt quidam qui asini appellantur, à Libero in testa canceri duabus stellis figurati. Liber enim à lunone furore obiecto, dicitur in mente captus fugisse per Thesprotiam, cogitans ad Iouis Dodonæi templum peruenire, unde peteret responsum, quo facilius ad pristinum statum mentis rediret: sed cum uenisset ad quandam paludem magnâ quam transire non posset, de quibusdam duobus asellis obuijs factis dicitur unum deprehendisse eorum, & ita esse transuetum, ut omnino aquam non tetigerit. Itaque cum uenisset ad templum Iouis Dodonæi, statim dicitur à furore liberatus, & asellis gratiam retulisse, & inter astra eos collocasse. Non nulli etiam dixerunt asino illi quo fuerat uectus, uocem humanam dedisse. Itaque postea eum cum Priapo de natura contendisse, & uictum ab eo imperfectum. Pro quo Liberum eius miserit, in sideribus annumerasse. Et ut sciretur id pro deo, non pro homine timido (quia lunarem fuderit) secisse, supra cancrum constituit, qui deæ beneficio fuerat affixus astris. Dicitur etiam alia historia de asellis, utrait Eratosthenes: Quo tempore Iupiter bello gigantibus indicto, ad eos oppugnando omnes deos conuocauit, uenisse Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos, asellis uectos: qui cum non longe ab hostibus abessent, dicuntur aselli pertimuisse, & ita pro se quisque magnum clamorem & inauditum gigantibus fecisse, ut omnes hostes eorum clamore in fugam se cōiecerint, & ita sint superati, Hæc Hyginus. Postremam fabulam Varinus etiam in Lexico suo in asini mentione assert: & hanc ob causam asinis hunc honorem habitum inquit, ut in canceri sydere occasum uersus collocaretur. Acharnici asini, de magnis asinis dicebatur, Varinus. ὄντερον uerbum apud Thucydidem Aelius Dionysius mouere & circumagere exponit: et apud Hippocratem ὄντερον est τοτε ὄνων επισχοφης τειχη. ὄνοι enim sunt funes ductarij ex canabi stuppa aut lino, nimirum ad machinas uel ergatas idonei, uel alioquin ad trahendum aliquid. Nam & camelii funes magni uocantur, à quibus anchoræ suspenduntur. Ασονες etiam, id est uectes machinarum, ὄνοι nominantur. Latini sūculas uocant tractorij generis machinas;

# De Quadrupedibus

quæ constant tereti ligno duobus aut pluribus iectibus tracio, utrincq; æqua extantibus longitudine; quæ dum uersantur funis ductarius circa eas obiroluitur. Galli turnos dicit, Germani hæspel, genus illud earū quo ex hypogeis cupæ subuehütur, uel in ea demittuntur. ὄνος σύνηπτος scomma in crast si & rudis ingenij hominem apud Aristophanem, nimirum à funib; iam dictis tractum. Apud Suidam ὄνος σύνηπτος legitur diuisis dictionibus per π simplex, cum tamen apud eundem in Σ, per π geminum stypax (quod magis placet) sine interpretatione habeatur. Cæterum ergata machina tractoria uel hoc à sucula differt quod axe est recto. Nam etiam uectib; sicut sucula uersatur, non id quidem brachiorum ductu, sed obnitentibus & ambientibus uectarijs: Itali arganum uocat, ut Guliel. Philander scribit in Vitruvium: Germani ein winden. Ad hęc ὄνος unitas est in cubis uel tesseris, Pol luce teste (ut canis in talis) quæ etiam cubus dicebatur, eodem nomine quo integræ ipsa tessera: & eo sensu accipitur in proverbio οὐ τρέψεις οὐ τρέψεις κύβου, hoc est uel maxima uel minima summa. Merito autem aliquis per iocum miretur in hisdem Midam, cui auriculæ asininae, felicissimum fuisse iactum, cum asinus ipse infelicissimus fuerit. ὄνιτος, ferræ fabrilis, Varinus. Τὸν δὲ νῦν μυλοκόπον, ὄνοκόπον Ἀλέξιον εἴρηται εἰς Αμφατίδην, Pollux. Superior molæ lapis qui circumueritur, Latine catillus, Græce ὄνος: inferior Latinis meta. Xenophon libro 1. de expeditione Cyri: οἱ ἡ ἐνοικοῦντες ὄνος ἀλέτας ὥρντονται: apud Pol lucem etiam ὄνος ἀλέθων legitur similiter pro lapide molari, Cato molarium asinum, & Paulus lure consultus asinum molendinarium appellat, nō lapidem, sed ipsum iumentum. Asinaria mola, quæ ab ast no circumagit: ut Matt. 18. Qui offenderit unum de pusillis istis, qui in me credunt, præstaret ei su spendi molam asinariam à collo eius, ac demergi in profundum maris. Græce est μύλος ὄνιτος. Hippocrati chirurgicum est instrumentum oniscus, luxatorum curationi accommodum. Asini nomen in ludis literarijs illi imponitur, qui in studijs uel moribus deliquerit; is enim protensis inde & auriculæ digitis asinum uendere iubetur: hoc est tantisper hac ignominia notari, donec in alium propter simile peccatum eam transferat. Sunt qui è collo stípitem, asini uel nomine tantum, uel etiam figura onocephalum, eandem ob causam pueris appendant. Similiter et alijs quandoq; derisuri quempiam, digitis ut dixi protensis auriculas asini imitantur, & sibilum addunt. Hinc Persius:

O Iane, à tergo quem nulla ciconia pīnsit, Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.  
 Επίνησσον οὐδένος, εφ' εὐθεστι, Pollux: rotulam nendi instrumentum intelligo. Licebit etiam ὄνος uocitare, quem girillum Latini, instrumentum quo pīla reuoluuntur. Απόρρητος apud Pollucem ludii genus est, in quo pīla ad pavimentum uel parietem ui illidebatur, & repercutta manu ludentis subinde reuolcieratur, cui plures continui pilæ saltus successissent, rex appellabatur, & imperabat: uictus autem asinus, & imperata quævis exequebatur. Alius apud eundem ludus puerilis ostracinda describitur, in quo deprehēsus in fuga similiter asinus dicebatur. Testa erat ab interiori parte pīce illita; eā alijs ad lineam in terra ductā eminus proiecierat, simul pronunciās, nox, dies, propter colores testæ diuersos, quorum alterum altera sibi factio eligebat: persequebatur illa fugientem alteram, cuius in proiecia testa color eminebat. Plato in Theæteto: οὐδὲ ἀμαρτῶν καθεδέται, οὐτε φρεστὶ όι σφραγίζοντες, ὄνος: οὐδὲ αὐτοὶ περιένται αναμάρτυτος, βασιλεὺς οὐδέν. Commodus Cæsar (ut Lampridius refert) habuit hominē cuius prominebat penis ultra modum animalium, quem onon appellabat, id est asinum, sibi charissimum, quem & dītauīt, & sacerdotio Herculis rustici proposuit. Hinc etiam onobelos dīci coniectāt: sunt autem hi qui uiriliores uidentur, ut in Heliogabalo sentit Lampridius, uelut asini telum præfrentes, Cælius. Euclio ille Plautinus paupertatem simulans ad Megadorum diuitem filiam eius am bientē in Aulularia sic loquitur: Nunc si filiam locassim mēa tibi, in mentē uenit, Te bouē esse, & me esse asellū, ubi tecum cōiunctus siem, Vbi onus nequeam ferre pariter, faceā ego asinus in luto. Tu bos me haud magis respicias, gnatus quām si nunq; siem: Et te utar iniquiore, & me mēus ordo irrideat: Neutrobi habeā stabile stabulū: si quid diuortij fuat, Asini mordicib. scindāt, boues incur sent cornibus. Hoc magnū est periculū me ab asinis ad boues transcedere. Christiani cur asinarij per ignominia nominati sīnt, & Christus onochelus, mox in onagris docebimus. De Aristotele Ephesio & Onoscelide eius filia absurdior est historia in Plutarchi Parallelis, q; ut hic referri debeat. Ab a sino descendisse mihi uidentur Græcorum uocabula, ὄνειλος, ὄνοστος, ὄνοτάζειν, & alia huiusmodi. Lapis specularis in quibusdam Italæ locis uulgo speculum asini dicitur. ¶ Onopordon herbam si comederint asini, crepitus reddere dicuntur. Trahit urinas & menses, aluum sīstit, suppurations & collectiones discutit, Plinius: nec alibi aliud, ut ignota sit hodie, sicut etiam onocichla, cui flos diuturnior per partes florenti apud eundem. Inter uiras damnantur uisu cinerea, & rabuscula & asiniflora à colore nimirum dicta; cui eadem forte fuerit ὄνιδη Varino memorata. Asinastræ, si bene memini, inter sīcorum genera nominantur. Pruna sīcora maioraq; asinina cognominata à uilitate, eodem colore sunt quo hordearia, Plin. Auriculam asini Galli quidam uulgo uocant symphytum alterū: Sabbaudi lotū pratensem, panem asini. Inter stirpium nomenclaturas Dioscoridi attributas, onomordō helxine est; asini sanguis Aegyptijs, filix; asinus ichrei Magis, sampſuchum, Onitis etiam herba ex origani generibus, asinum nomine præ se fert; Nicander ὄνου τετάλειον uocat, q; uol folium eius asinus pabulo gratum sit. Onobletum herba linguae similis Hippocrati contra fœminarum profluvia in uel lere apponitur. Onopyxus folio & caule spinosus est, Plin. Anonin quidā ononida malunt uocare; Idem. Grammatici ὄνων exponunt τὴν τὸς ὄνος ἀφελεσταρ. Huic nomine similis onuris est, alijs cenothe ra dicta, quæ in potu data feras quoq; mitigat, Plin. Onogyrus planta est male olida, quā alij anagyrū uocat,

*Macrobius inter  
icorū genera.*

uocant, proverbio etiam celebris: item uiri nomine. A bubus Athenis Buzuges nobilitatus, Argis O-  
nogyrus, Varro. Onophyllum eadem anchusa est, quae Arabicæ linguae autoribus etiam asini lactu-  
ca uocatur. Anchusam ipsam quoque Græci onocleam uocant, & folijs lactucæ describit; Lycopsis e-  
tiam à nonnullis anchusa uocatur, lactucæ folijs; quæ et onosmati herbæ apud Dioscoridem tribuun-  
tur. Anchusa genus alterum apud Dioscoridem onochiles appellatur, alij onochilō uel onochelum  
scribunt. Eadem est Alcibiadion Dioscoridis contra serpentes, præcipue uiperas, efficax: nec aliud  
Alcibion Plini lib. 25. cap. 5. quamuis ille qualis ea herba esset apud authores sibi repertum neget.  
Barbara & Arabica quæ anchusa siue lactucæ asininae & generibus eiusdem tribuuntur nomina,  
quæ in Arabicorum nominum interpretatione in Auicenam Andreæ Bellunensis, & antiquioris  
10 cuiusdam innominati reperiuntur, hæc sunt: Achatini, hearphilus, fesula, almiphar, ansadius, senuat,  
senchar, sengiar, alsangiar: simarem uel sincarem genus anchusa cæteris maius: ahugilise, lactucella  
major: abugilesa, argialesus, abuchalesa, achasunas. Ceterū onocardiō, dipsacus intelligitur (quasi as-  
tinus carduus, ille nimis qui in proverbiū abiit, Similes habet labra lactucas:) à quo lögē distat ana  
cardium fructus arboris Indicæ. Dipsacum nonnulli etiam uirgā pastoris uocat, & lactucam asini cū  
ea confundit. Onobrychis folia habet lentis, &c. Dioscorides, Onocecidas Galenus à rusticis scri-  
bit appellari gallas eas, quæ grandescunt fungosæ, quasi asininas, quod ignauæ sint & minus effica-  
ces. Asinaria festum erat Syracusis mense Maio, ab Asinario fluuiu appellatione ducta, apud quem  
Atheniensium imperatores Nicias & Demosthenes capti. Eiusdem nominis comoedia extat Plauti-  
na, in qua mercator pro asinis emptis pretium numerare introducit Leonidæ seruo, qui Sauriam  
20 atriensem, cui numerari debuerat, se fingebat: De hac poëta in prologo scribit, à Demophilo prius  
Græce editam onagri nomine. Onosander philosophus fuit Platonicus, cuius librum de optimo im-  
peratore habemus. ¶ b. ὄνειρα, asininae carnes, Varinus, ἀργαλεις cutis uel pellis asini: ὄνειρα, i.e., paroxy-  
tonum, idem, uel forma asini, Varintis. ὄνειρα, firmus asini: posterius etiam de bubulo Homerus  
dixit, Pollux. ὄνειρα, exremeta equi, ut ὄνειρα asini, Varinus. μύκλαι, linea nigra in asinorū  
collis & pedibus nascentes, Idem. μύκλος, reduplicatio quædam in asinorum & boum collo, Idem.  
Asini colorem refert tarandus, cum ei libuit sui coloris esse: quem saepe immutat. Cercopithicus pi-  
lo est asinino. Leucrocuta asini ferè magnitudine est, Plin. plerique legunt asini feri, id est onagri. Ad  
Cadaram rubri maris peninsula belluæ exeunt quædam asinorū capitibus, aliae alijs, & depascun-  
tur sata, Plin. ¶ c. Vox asino apprime rudis, ut merito rudere Latinis dicitur: hinc & Græcorum  
30 onomatopeia, Βρωμησις, Βρωμαδητη (quod de mulis etiam dicitur) & ὄνειρα: poetæ quidam asinos ὄνειρα  
stet cognominant. ὄνειρος asini clamor, Βρωμαδητη Grammatici exponunt de asinis maribus, cum præ-  
fame exclamat, παρὰ τὸ Βρωμης ἡγεμονοφόρος δέδηται, Varinus citans Pausaniam. Βρωμησις οὐ Βρωμα-  
τοῦ ὄντος. οὐ οὐρανος, οὐ Βρωμησις, asinus rudens per esuriem, aut pabulum edens uel auenam, quam  
Græci brōmon appellant. Persius Sat. 3. Finis, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. Ouid, lib. 3.  
de Arte: Vt rudit a scabra turpis asella mola. Abusus etiam de leonibus & de hominibus dicitur  
apud Vergilius. In Philomela poemate obscuri authoris hic uersus legitur, Quirritat uerres: tar-  
dus rudit, oncat asellus. Oncare uocem Græcam esse dixi, nec apud ullum Latinorum legisse memi-  
ni. Nullus in terra Scythica neque asinus neque mulus gignitur, ac ne ullus quidem uisitetur propter fri-  
gora. Itaque rudetes asini perturbabant Scytharū equos: & cum Scythæ saepenumero Persas adoriren-  
40 tur, eorum equi exaudita asinorum uoce, cōsternati auertebantur, arrestis auribus stupefacti, ut po-  
te insolentia tum uocis, quā prius non audissent: tū formæ, quam nunquā inspexissent, Herodotus  
lib. 4. Onocrotali aues ab asinino clamore nominantur. ὄνειρα de asinis proprie dicitur cum equas  
inscendunt, Pollux. Homerus ut asini tardum & ne per uim quidem celeritatis capacem incessum si-  
gnificaret, uel ut Græce dicam βρωμησις αὐτήτου πορεία εἰπε τῷ κατερρεῖν, hoc uersu usus est, οὐ δοῦτο  
ὄντος παραπέραν ιών εἰβιντο ταῦτα. ¶ d. ὄνειρα, asininus, asini instar stupidus. ¶ e. Μονοφθόρος, μονοφθόρος, + Iliad: λ  
ὄντος, Varinus: dosuarios asinos intelligo, quos νωτοφόρος, νωτεῖς, & σπινοφόρος, Græcis uocitare uisitati-  
us est. Clitellæ sunt quibus sarcinæ colligatae mulis uel asinis portantur. Hinc clitellarium & clitel-  
latum iumentum dicunt. Cato cap. 10. Asinos instratos, clitellarios, qui stercus uectent, tres. Et Plau-  
tus in Mostell. Nam muliones mulos clitellarios. Habent: ego homines habeo clitellarios: Magni  
50 sunt oneris, quicquid imponas, uehunc. Sed quas homines baiali gerunt clitellæ, muli Marianii po-  
tius dicuntur: furculæ scilicet, quibus religatas sarcinas uiatores gestant. Frötinus libro 4. Strategi-  
matum: C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen onera-  
tur, uasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis  
requies esset. Græci hæc aut similia instrumenta ἀναφέρεται, ἀλλαζεται, & ἀμφίνεγεται nuncupat. Aliqui iumen-  
torum clitellas etiam ἐπιστάμεται, σεβασται, & ἀσπάσται. Varinus ἀσπάστη στρυμοστέλλω interpretatur, cum  
dubitacione tamen an totum potius iumentum, non sole clitellæ, hoc nomine accipiendum sit apud  
Demosthenem contra Midiam: cum alioqui mulum Temper significet. Mulorum, equorum, asino- + ferē  
rumque genus sub sellis aut sagmis solo tergere præstat officium, Vegetius 2. 59. Κανθηλια, σωγηλατα ἔ-  
νων, & quæ eis imponuntur ex uimine contexta: & ligna incurua in puppi nauis ad instruendas at-  
60 tegias: & montes Bithynię, Varinus. Sigma, sagmæ: uel sigma sagmatis, sella quam uulgas (apud Ita-  
los & Gallos) bastum uocat, super quo componuntur sarcinæ: uel instratum, quo mollior fiat sessio:  
sed et pro sarcina quandoque ponitur, Cælius libro 11. Forte hinc etiam patrio sermone equos & asin-

nos clittellarios vocant **soumross** & **soumesel**: ut Græci Latiniqe sagmarios: & sarcinam iumenti **eis** **sotum**(ut Itali somam: Græci puto etiam *γόμον*) & sellam ipsam eis **sounisattel**. Palmæ in Babylone ad iugeri spatum extenduntur, & pondere depresso superius curuantur ueluti asini canthelij, **Xenophon**. Varinus canthelios magnos asinos interpretatur: & prouerbialiter canthelium pro stupido tardicqe ingenij homine, Polybius. Εὐ γὰρ τοῖς ἐπιδειλεμένοις φορτίοις τὰ καυθίλια λαβόντας ἐκ τῆς ὀπίδης προσθετὸν αὐτῷ εκέλεστο τὸς πεζοὺς, σὴ γενομένου συνέβη παρὰ πάντας χερσαῖς ἀσφαλεστού γενέσθαι πρόσλημα. Per canthelia clittellas intelligo, **Φυσιον**, τὸ καυθίλιον, Varinus. Οὐνομένοις, asinum ad iter parare sella uel sarcina imposita, Herodotus: Xenophon de equo etiam hoc uerbum usurpauit, Pollux, Ἐπιστάξαι, ἐπεισθῆναι τῷ τὸν πόνον, Varinus. Οὐνομένοις stabulum asinorum, Varinus. Asinarius qui pascit uel dicit asinos, ut agaso qui equos curat; apud Græcos ὄνηλάτης, ὄνκυστος, ὄναργος, ὄνοφρος, ὄνονίδης, ut Varinus habet: uel Dorice ὄνονίδης, ut Suidas & Pollux: pro eodem κιλακτήριος similiter Dorice apud Vari-  
nū legitur, quod probo, nam κιλός & κιλακτήριος suprà asinum esse diximus: apud Pollucem κιλακτήριος, quod non placet in hac significatione: pro uenatore tamen, qui & κυνηγός, rectè dici puto: ut Varinus quoqe errauerit κιλακτήριος tum asinarium tum uenatorem exponens. Οὐηλατήριος uerbum Polluci, asinum agere. Κλωψός, ὁ δια τῆς γλώττης ποὺς τὸ δρανίσκον φόρος, ὁ μὲν λάκκητιν τινες φεστιφόρος, διορθῶν ὁ ὄνηλάτηται ποιῶντας κνεῖας, id est sonus qui ore editur ab asinarijs ad fistulæ imitationem. Κλάχθων οὐκ ἀποσυνετέλεσται λέγοντας οἱ γνωστοὶ νικώμενοι, οὐκ κλωψός πάχει, Varinus. ¶ f. Lityersas rex Celænarum fuit, uir uoracissimus, de quo Sositheus Tragicus apud Athenæum, ἔθετο μὲν αὐτὸς τρεῖς ὅλας (forte οὐτος) καυθίλια, τρεῖς τῆς θρακεῖας ἄμμενας. ¶ h. Simonides poeta perquam festiuus pro diuersis mulierum ingenijis alias ex alijs animalibus natas fingit, & inter cæteras ex cinere & asino natam his senarijs depingit: Τηνδὲ ἐκ τε αποδήνης ηγὸν παλιντροπεῖσθαι οὐτος, Η σύντοτε ἀνάγκη, σύντοτε ἐνπίστημος μόγις, Ερεφγοῦσης ἀπαντα, ηγὸν πονίσατο, Αρεσκότοφρος οὐδεὶς μὲν ἡμὶ μυχῶν, προνύξ, προπιαρ, οὐδεὶς δὲ εἰπεῖ ἐχάρη. Θωάσης οὐ πρὸς ἐργον ἀφροδίσιον ἐλέόνθεταιριστο. Alexandro Macedoni quum redditia fors esset: Eum qui primus occurrisset, interimeret: ubi quendam præ se agentem asellum uidit, arripi hominem ex oraculo confestim imperauit. At is iam iam iugulandus, intellecta mortis ratione, proclamauit: Anteambulonem suum nō se peti ex respondso, quando is obuiam latus esset prior. Perquam lepida apud Nicandrum de asino fabula legitur, qui iuuentutem à loue hominibus donatam, & sibi impositā, cum ualde sitiret, dipsadi ad fontem moranti, ut ad potum innoxius admitteretur, tradidit. Hinc est quod dipsas senectute exuta iuuenescit, & propter asini deriuat. In se sitim, eandem hominibus morsu infligit. Sed ipsos poetæ uersus propter elegantiā non omittemus. Αἴφεοντος, οὐ μὲν τὸ δέκανοφροστίνος ἀπόνωντο. Νωθὲ γὰρ καύμνοντες 30 ἀκμοθεύοντο λιπάγειν Δᾶρες, πολύσταρθμος ἡ κεκαυμένος αὐχένα δίτη Ράτετο, ηγὸν τὰ λοιπά. Λεπαργοὺς interpretes exponunt οὐομένον, παρὰ τὸ τὴν λαγόντα ἔχειν λαυκήν. Et paulo post, Νηστος οὐλαργάλενην θραμμάτος εἰλομένην θηρίον διέξατο. Asinum Coptitæ apud Aegyptios præcipitem agunt, & homines rufos iniurijs afficiunt in contumeliam Typhonis, quem rufi & asinini coloris fuisse ferunt Busiritæ & Lycopolitæ tubas nō admittunt, ut quæ sonum rudentis instar asini edant. In summa, asinum impurum & dæmonicum animal esse credunt propter similitudinem cum Typhone, tum colore tum animi stultitia & improbitate: & cum placetas faciunt in sacrificijs Payni & Phaophi mensium, insigniunt eas nota asini ligati. Persarum etiam regem Ochum uehementer eis inuisum, asini cognomine notauerunt (alias, Araxerxæ cognomen fuit Ochi) unde commotus ille, Atqui asinus iste (dixit) bouem uestrum uorabit & Apin mactauit. Illi uero qui dicunt Typhonem super asino ex pugna euasisse, & cum septem die 40 rum itinere aufugisset, filios procreasse Hierosolymum & Iudæum, res Iudaicas manifestis fabulis implicant, Hæc Plutarchus, ut nos translatis ex libro de Iside: paulò aliter Aelianus, qui Petro Gyllio interprete ita scribit: Busiritæ, Abydus, Lycopolis, idcirco tubæ sonitum ab auditione sua detectantur, atqe execrantur, quod ab asinorudente eius clangor dissimilitudinem non habet: & simul eis qui Serapidis religionem obseruat, odio est asinus, atqe acerbitate. Cuius rei non ignarus Ochus Perse, Apim quidem interfecit, asinum autem & consecravit, & sanctissima religione coli iussit, Aegyptios ut molestia afficeret. Sed is sanè tanti sceleris sacro boui persoluit penas, nec iniustas, neqe minus graueis, quam Cambyses dedisset, qui primus bello sacrilego religionibus indicto eiusmodi impietatem commiserat, Hæc tenus Aelianus. Cur in Consualibus festis equos & asinos coronant & otiani sinunt? An quia Neptuno equestri festum hoc peragunt, & asinus cum equo libertate com- 50 munii fruitur? Aut quies ista iumentis concessa est, quod mare tranquillum & nauigationi commodum se præbuisset? Plutarchus in questionibus Romanis cap. 47. Onosceli dæmones sunt in aqua & arida corporibus arecentibus frequentantes, asinini cruribus. Hi sese mares plurimum exhibent, interdum quoqe leonem & canem induere uidentur, Cælius. Lectum in historia est ab Hyperboreis item Apollini asinum immolarī, cui sententiæ astipuletur Callimachus, Τερπόσι λιπαρού φοῖσιν ἐνοσφαγίαι, id est pingues Apollinem oblectant asinorum iugulationes. Sed & de Hyperboreis Pin-  
darus in Pythijs, παρὰ οὐ ποτὲ περσεῖς εἰδότας τοτε λαγέτας Δάμαστις εἰσιλθὼμ πλετᾶς ὄνωμα ἐκατόμβας. Lactantius lib. 1. de falsa religione cap. 21. ait Lampsacenos Priapo asinum in ultionem et ludibrium mactare consueuisse: quod quum is deus Vesta dormientis pudicitiae insidiaretur, illa intempestivo aselli clama more sit excitata, & detecta insidiatoris libido. Ouidius Fastorum 6. prolixius hanc fabulam perse- 60 quitur, & asinum in deæ Vacunæ festo seruari, & è pane monilibus floribusqe coronari solitum testatur in Vesta gratiam, Idem Fastorum 1, simillimam de Sileno eiusqe asello et Lotide nympha fabellæ recitat.

recitat: & lib. 1. de Arte, Silenus asino delabentē inducit, cum Bacchū in Ariadnes raptu comitare tur. Asinos à Scythis Marti immolari, Apollodorus & alijs prodiderunt, teste Arnobio. Phornutus scribit propter bellicum clamorē uociferationemq; asinos Marti immolatos. Gentes quædā olim, ut ait D. Athanasius, in dijs suis humana cum brutis miscebant, & quæ in natura dissimilia erant, deos suos fecerint, cynocephalos, ophiocephalos, onocephalos, criocephalos: hoc est, qui canis, serpētis, asini, & arrietis essent capitibus. Non est hic silentio prætereunda mirabilis illa Bileami asina in sa cris libris Numerorum cap. 22, celebrata, cui & angelum Dei uidere, & dominum insidentem allo qui diuinitus datum est. An non etiam ipse rerum dominus Christus, dum suum ipse ingenium ab omni fastu alienissimum ostendit, & indomito adhuc asello uehitur, ut diuus Zacharias olim futurum prædixerat, maximam huic quadrupedi gloriam adiecit? Extat Luciani liber Lucij uel Asini titulo, & L. Apuleij libri undecim Asini aurei; idem utrisq; argumentum, sed Apuleius omnia copiosius tractat & multa intermiscet. Institutum est naturā mortalium & mores humanos obiter designare, ut admoneremur ex hominibus asinos fieri, quando uoluptatibus belluinis immersi asinali stoliditate brutescunt, nec ulla rationis uirtutisq; scintilla in eis eluescit. Sic enim homo, ut docet Origenes in libris peri archōn, sit equus & mulus: sic transmutatur humanum corpus in corpora pecuina. Rursus ex asino in hominem reformatio significat calcatis uoluptatibus exutisq; corporalibus delicijs rationem resipiscere, & hominem interiorem, qui uerus est homo, ex ergastulo illo coenoso ad lucidum habitaculum uirtutibus & religione ducibus remigrasse, ita ut dicere possimus iuuenes illicio uoluptatum possessos in asinos transmutari: mox senescentes, oculo mentis uitigente, cum uirtutes iam maturescunt, exuta bruti effigie humanam resumere. Proclus nobilis Platonicus monet multos esse in uita lupos, multos porcos, plurimos alia quadam bruti specie circumfusos. Quod minime mirari nos oportet, cum terrenus locus Circes ipsius sit diuersorum, in quo animæ aut unguentis delibatae, aut pharmaciæ epotis inebriate, transfigurentur in brutas animates, Pharmaca autem sunt obliuio, error, inscitia: Quibus anima consopita brutescit, donec gustatis rosis, hoc est scientia (quæ mentis illustratio est, cuiusq; odor suauissimus) auide hausta in humanā formam, hoc est rationalē intelligentiā, reuertatur: Hæc Beroaldus in Apuleij Asinum, Asini encomium scripsit Hen. Cornelius Agrippa, in postrema parte libri de uanitate scientiarum. Aegyptiū in Hieroglyphicis onocephalum pingunt, hominem rudem & nunquam peregrinatum significantes, ut qui nec historias cognoverit, neq; ea quæ alibi fiūt persentiscat, Horus. Appion Posidonij & Apollonij Molonis mendacia secutus, ut Iosephus secūdo aduersus ipsum libro redarguit, Iudeos Hierosolymis in templo aureum asini caput ingentis pretij coluisse scribit: idq; deprehensum esse ab Antiocho Epiphane cum templum spoliaret. Atqui cum urarij casus (inquit Iosephus) nostram ciuitatem uexauerint, & Theos ac Pompeius magnus ac Licinius Crassus, & postremo Titus Cæsar ciuitatem ceperint, nihil huiusmodi illic inuenere, sed purissimam pietatem. Antiochus uero pecuniarum inops, cum non esset hostis, sed foedere iunctus, socios & amicos nos aggressus est, nec aliquid in templo derisione dignum inuenit, ut multi & fide digni scriptores testantur, Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, Castor Chronographus & Apollodorus: qui omnes Antiochum pecunij indigentem & foedera uiolasse, & templum auro argentoq; plenum spoliasse scribunt. Hæc Aegyptiū Appion cōsyderare debuerat, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudenter canis, qui in Aegypto assolet coli, Hæc Iosephus. Meminit historiæ huius Nic. Leonicenus etiam lib. 3. cap. 30. Plutarchus Symposiacorum lib. 4. problemate 5. Probabile uidetur (inquit) Iudeos suem colere, utpote seminandi & arandi magistrum, ut asinum quoq; colunt, quod aquæ fontem eis aperuerit. Hue facit Petri Criniti ex primo libro de honesta disciplina caput 9. Verba sunt (inquit) Cornelij Taciti, quo loco historiæ de Iudaorum origine & moribus scribit. Assensere Iudæi Moysi duci, latq; omnium ignari fortuitum iter incipiunt: sed nihil æque quam inopia aquæ fatigabat: Iamq; haud procul exitio totis campis procubuerant, cum grex asinorum agrestium, e pastu rupem nemo re opacam concendit. Secutus Moses, coniectura herbidi soli, largas aquarum uenas aperit. Hic uul gatissimi codices depravati sunt: sed ita legendum esse constat ex Apologetico Tertullianī, ubi ille, Refert (inquit) Tacitus Iudeos Aegypto expeditos, siue (ut putauit) extores, uastis Arabiæ aquarū locis egentissimos, cum siti macerarentur, onagris, qui forte de pastu potum petituri existimabantur, indicibus fontium usos, ob eamq; gratiam consimilis bestiæ superficiem consecrassæ. Sed hæc mera mendacia sunt. Nos in sacris legimus Geneseos 36, quod Ana sofer Esau dum pascit asinos patris sui in deserto, inuenierit Ἰαμίαiemim, mulos interpretantur rabini Saadias & Salomon, ut etiā Steuchus & Sanctes ex nostris. Hieronymus aquas calidas, securus quorundam Iudaorum opinionem. Sic enim scribit in Quæstionibus: Alij putant iamim maria appellata, & uolunt illum aquarum congregaciones reperiisse, quæ iuxta idioma linguae Hebraicæ maria nuncupantur. Et paulò post: Non nulli putant aquas calidas iuxta Punicæ linguae uiciniam, quæ Hebreæ contermina est, hoc utocabū lo signari. Sunt qui arbitrentur onagros ab hoc admissos esse ad asinas, & ipsum istiusmodi reperiisse concubitum: ut uelociissimi ex his asini nascerentur, qui uocantur iamim. Pleriq; putant quod eorum greges ab asinis in deserto ipse curauerit primus in scendi, ut mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur. Aquila, Symmachus, Theodotion & LXX. uocem Ebraicam reliquerunt, quæ tamen à librarijs uitiata est, dū alijs scribunt Ἰαμέη, alijs Ἰαμέη, Chaldaica translatio habet

אַבְרָהָם gibaraia, id est fortis; Arabica λέγεται kegal; Persica Mar an astarta. R. David Kimhi in libro Radicum mulos exponit, quem doctiores hodie sequuntur. Cæterum Romani ueteres pari causa & Christianos æque ac Iudeos asinarios vocarunt, obstinato uidelicet in Christi nomen odio, quem per ignorantiam etiam Chrestum per e literā appellabant. Sed et figuris picturis Christianis illudebant, quando infando etiam picturæ genere Deum nostrum sic depictum spectanti populo proposuerunt, ut si foret auribus asinini, pede altero inungulatus, librum gestans & togatus. Cui flagitio ut scelus adderent, tali titulo Christi effigiem dedecorarunt: Deus Christianorum ὁ ων λόγος; qua in re uel ipse quidem Tertullianus agerè à risu abstinuit, cum nomen ipsum & formam conspiceret, Hæc Crinitus. Non omitenda est hoc loco Simsonis historia, quæ in sacris Biblijs libro Iudicum cap. 15. proponitur. Simson uir apud Iudeos omnium fortissimus, cum in ipsum inermen Philistæ irruerent, maxilla asini arrepta quamvis iam marcida hostes mille prostrauit: inde cum nimia siti laboraret, projecta maxilla, preces ad Deum fudit, & aquæ ex dente molari profluentis scaturiginem impetravit. Sunt qui uocem Hebrewicam שֶׁמֶן הַמִּבְּנָה hamactesch, non uerum dentem molarem, sed saxum dentis specie interpretentur, quod fuerit in loco illo tum recens à re gesta Léhi, id est maxilla, appellato. Notum est lapides quosdam molares vocitari, non solum qui iam in usu molæ sunt, sed quoniam illius sunt generis, ex quo præstatores fiunt molares siue catilli, quos asinos etiam Græci nominant.

Andrea Alciati Emblema in asinos.

Septitius populos inter ditissimus omnes,	Arua senex nullus quo magis ampla tenet,
Defraudans geniumq; suū, mensasq; paratas,	Nil præter betas, duræq; rapa uorat.
Cui simile dicā hunc, inopē quē copia reddit;	An ne asino: Sic est: instar hic eius habet.
Nanq; asinus dorso pretiosa obsonia gestat,	Seq; rubo aut dura carice pauper alit.

Σεκόνδου, ὄνος λαλεῖ.	Τίπτε τὸ σύκηστὴν θραδίππην ὄνον ἄμμιγον ὡν ἵπποις,	Τυρόν ἀλωεινῶν ἐξελαστεῖ οἰρόμονος
	Οὐχ ἄλις ὅτε μύλοι πρίσθιοιον ἄχθος ἀναζύκης,	Σπειροῦσθαι σκοτόεις κυκλοδιωκτὸς ἔχω,
	ἄλλ' ἔτι καὶ πάλαιστι μέρικομβλος; οὐδὲ τοιπότε	Ηὑ μοι τὴν σκολιὴν αὐχένι γαῖαν μέρη.

#### PROVERBIA.

Asinus Aegyptius, pro eo qui derisui sit omnibus, quemq; omnes insectentur, conuellant, laceret, Cælius Rhod. Asellam agas. Asinus alia portat, alia Lacon. Antronius asinus. Asinus inter apes, de his qui in mala inciderunt, Erasmus & Suidas. Sus sui pulcher, asinus asino. Asinus auis, Eras. & Suid. Asinus auriculas mouens, Erasmus & Suid. Ηλίθιος τε γαρ ὑπερφυῶς ἡμ, καὶ νωθεῖς, ὄντως ἐμφερῆς μάλισται, καὶ διος τῷ χαλινῷ ἐλαυντι πιθεῖσθαι, συχνὰ οἱ σειομένων τῷ ὕπτῳ: Verba hæc apud Varinum ex authore innominato citantur. Auriculis demissis, prouerbii à iumentis ductum, cui aduersari uidetur illud, Auribus arreatis. Horatius Serm. 1. Demitto auriculas, ut iniuriae mētis asellus. Quum grauius dorso subiit onus. Nos etiam aures illum demittere dicimus, qui spe sua frustratur, Et laſt die oren hangen. Asini aures, uide paulò inferius in Mida. Asinus balneatoris, in eos qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus capiunt; sic Germani, Ein karger reycher isto Salomons esel. Ab asinis ad boues transcendere, est ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire, apud Plautum in Aul, ut supra recitauimus. Asini homines pro stupidis & stolidis apud eundem in Pseud. Camelus uel scabiosa complurium asinorum gestat onera, Erasmus. Η κάμηλος Φωριώσας (aliás καὶ Φωριώσα) πολλῷ ὄνωμα ἀνατίθεται φορτία, εἰς ἀγλαῖην ὧν χθονί κατεβατέον, πρὶν λατεῖται εἰταρές, Suidas & Varinus. De Laide meretrice dictum puto, quæ iam uetula spe culum Veneri cōsecrauit, ut Alciatus Emblemate perquam lerido expressit. Si uel asinus canem mordeat, item mouebit. Canthelius, tardus ingenio, rufus, uel magnus asinus, Suidas. Καυθίλως, ὄμος, uagōs, Varinus: forte legendum, καυθίλης ὄνται, μαρός. Asini caput ne laues nitro. Similia nobis sunt, Es ist nit not das man die sauw schirt/man pfleckt oder sengt sy doch wol. &, Man sol die seck nit mit seiden neben. Asini cauda. Asinus compluitur: Cephisodus apud Suidam, Σκόπτεις μ', εγώ δὲ τοῖς λόγοις ὄνται: in eos qui maledictis nihil omnino cōmouerentur. Nam asinus ob cutis duritiem adeo pluviâ nihil offenditur, ut uix etiam fustem sentiat. Huic affinia sunt apud nos, Ich bin so naß als ich werden mag: &, Wenn ich den rock schüttel/so fallet es alles ab. Asinus Cumanus, uel apud Cumanos, ὄνται εἰς. Κυμαῖα, Erasmus & Tzerzes in uaria historia 4. 10. & 11. de rebus rarīs & inopinatis dicuntur, Apostolius. Asinos non euro. Ab asino delapsus. Ab equis ad asinos. Equus ex asino. Asinus esuriens fustē negligit; Huic respōdet Germanicū, Hungerige fliegen oder mucken beißend sharpff. Fabulam narrare surdo asello, Horatius 2. epist. Suidas etiā refert in prouerbio, ὄνται τὰ ὕπτα κυνάδη. Asinum sub freno currere doces, hoc est indocile doces. Nam equus ad cursum idoneus, asinus ad equestrem cursum inutilis. Horatius, Infelix operam perdas, ut si quis asellum In campum doceat parentem currere freno. Vtere curru tuo de asinis nihil laborans, Απονέμε τὸ σῆς ἀμάξης, τὸ δὲ ὄνωμα ὑπέργον μέλιται: hoc est, Cura res tuas hisq; fruere, nihil inquirens de alienis. Nam cui plaustrum est domi, non opus habet deportandis oneribus asinos aliunde conducere. Asinilana, Ab asino lanam, & Asinum tondes, ὄνται uel τόκαι, ὄνοι κερεψη, de inutili uel impossibili labore. Asinus in pelle leonis: Notus est Aesopii apogonus. Asinus ad lyram: ὄνοι λύρας, scilicet ἀκροτήνες. ὄνοι λύρας ἀκάρη κυνά τὰ ὕπτα: in imperitos & laude digna non approbantes, uel ea laudantes quæ non intelligunt, secundum illud, Asinus auriculas mouens. Apud Menandru sic effertur, ὄνται λύρας ἄκρες, καὶ σαλωτῆς ὄνται. Pythagorei de animalibus solum asinum

asinum afferunt ad harmoniam non factum esse, proinde absurdam bestiam nullo sensu ad lyrae sonitum affici, Aelianus. Miretur sane aliquis cum natura auriculas longiores illis addiderit animantibus, quas auditum præcellere oportebat, & sonos promptissime apprehendere, cur non eadem sonos simul argutiū discernant: cerius enim discernit & afficitur, asinus non item. An non tam ad cognitionem & uoluptatem aurita sunt animalia quædam, quæ ad corporis incolumitatem tueruntur: præsertim cum timida ea omnia sint, Proinde in stupidum & ea quæ non intelligit se intelligere simulantem prouerbiū hoc conuenient: *Γάρ γάρ τοις πάντας εγνωκεναι καὶ πρὸ τοῦ λαληθῆναι αὐτῷ, καὶ ωτα μεγάλα ἔχει καθόλεις ὄντες;* Suidas. Eiusdem argumenti sunt apud Suidam, Asinus ad tibiam, Asinus tubam audit, *Ὄντες αὐλού, ὅντος ἀκροῖτα σαλπῆς.* Malo asino uehitur, *ἐπ' ὅντος πονηρᾶς ὁρύμε-*

10 *ντος,* in eum cui res sunt parum secundæ: felices enim eximijs equis insidere gaudent; nec inscite iactetur in hominem parum feliciter coniugatum. Simile est illud Vespaliorum, *He rytt eyn geck perdt.* Nos uulgo hominem ira temere commotum asino inequitare dicimus. Asini maxilla uel mandibula, *Ὄντος γνάθος,* iocus in hominem uoracem apud Eupolidem. Eiusdē nominis Laconiae promontorium est, quod stadijs ab Asopo ducentis distat, Pausania teste, à figura forsitan appellatur. Midas auriculas asini, Suidas & Varinus in Midae mentione: in stolidos & crassis auribus pinguis iudicio homines: uel cōtra, qui aliquid eminus audiuunt, quibus uulgo aures tenues esse dicimus: tyranos præsertim, qui corycæos & auscultatores quasi oblongas aures habent, qua prouerbij figura longæ etiam regum manus dicuntur. Nullum aliud animal acrius asino audire ferūt, mure tantum excepto. Lucianus in libello cui titulus, non esse facile credendum delatoribus, Calumniæ depin-

20 gens imaginem, Midae aures illi tribuit. Argo poëtæ complures oculos attribuunt, quod homo solers ac perspicax & πολυπρόγυμνος fuerit: sic auditioni præcipue intentum asini aures habere dictimus. Midae aures quomodo abierint in asininas Ouidius libro II. Metamorphoseon graphicè despingit. Asini mortes, *Ὄντος θανάτους,* de ijs qui narrarent absurdā ridiculae dictu, ut Apuleius in Asino suo. Multi asini quantum præstant. Asinus mysteria portans, *Ὄντος ἀγρῶν μυστήρια,* in eum qui præter dignitatem in munere quopiam uersatur: ut si quis ignarus literarum bibliothecæ præficiatur. Athenis olim res quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino impositæ deportabātur. Huc pertinet apologus ille, quem Alciatus inter Emblemata uersibus illustrauit, sub titulo, Non tibi, sed religioni.

Isidis effigiem tardus gestabat asellus,

Pando uerenda dorso habens mysteria.

Obuius ergo deam quisquis reuerenter adorat,  
Asinus tantum præstari credit honorem  
Donec eum flagris compescens dixit agaso,

Piasq; genibus concipit flexis preces.  
Sibi, & intumescit admodum superbiens:  
Non es deus tu (caselle) sed deum uehis.

In Mysia rari reperiuntur asini quibus recta sint illia: inde nato adagio ut ὁσφύη κατηγώς, ἡγουη κατεγώς, id est ile fractum habens, dicatur, ex Mysia asellus, Cælius Rhod. Asino ossa das, cani paleas. Asinus in paleas, *Ὄντος εἰς ἀχυρόν,* in eos qui præter spem in bona quedam incidunt, ijsq; fruuntur abunde. De asini prospectu, *Ὄντος παρακύλεως,* in eos qui ridendo titulo quempiam calumniantur, aut de frivolis rebus aliquem in ius uocant. Prouerbij occasionem alij aliam referunt, ut Erasmus recenset, ego ne nimius sim, ad reliqua pergo. Rex aut asinus: id est uictor aut uictus: Tractum est adagium à sphæræ ludo, de quo supra diximus. Eodem sensu nostri quidam, *Et wileinig oder drack sin.*

40 Prouerbium olet quod scribit Horatius in Epistolis:

Qui male parentem in rupes protrusit asellum, Et merito: quis enim inuitu seruare laborebat?  
Quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui cum ipsi non sapiant, nolint tamen bene consilientium monitis obtemperare. Asinus inter simias, ubi stolidus aliquis incidit in homines nasutos & contumeliosos. Simile habent Germani, *Ein eule vnder einem huffen kräyen.* Asinus stramen mauult quam aurum. De asini umbra, πολὺ Ὄντος σκιᾶς: in illos qui temere quamuis ob causam sine fructu contendunt, quod nostri dicunt, *Vmb ein tubendräck haderen.* Ridiculam historiam ex qua ortum est prouerbium parœmiographi referunt. Archippus comediam scripsit titulo Vmbræ asini, Asinus in unguento, *Ὄντος ἐν μέρῳ,* Erasmus & Suidas. *Σενάριον Ὄντος τὰ διάμυγγα,* Torquet piger funiculum, prouerbium apud Ionas celebratum, ut Pausanias scribit in Phocicis, cuius uerba paulò aliter quam ab Erasmo translata subscribam. Ex Polygnoti picturis (inquit) hec etiam est. Vir quidam (apud inferos) sedet, quem titulus Ocnon esse indicat. Factus est autem ad hunc modum, ut ipse funiculū torqueat, astante asella, quæ quod tortum fuerit assidue abrodat. Hunc Ocnum aiunt hominem fuisse industrium operiq; intentum, sed uxorem sumptuosam & prodigam, quæ omnia illius labore corrasa mox absumperit. Cognitum autem est mihi etiam ab Ionibus dici soleare, si quem conspexissent in re quapiam elaborantem, quæ nihil adferret emolumenti, Hic homo funiculum Ocnī contorquet. Picturae hoc genus Delphis consecratum fuit. Plinius inter Socratis pictoris argumenta, Et piger, inquit, qui appellatur Ocnos, spartum torquens quod asellus arrodit. Errat Varro qui desidem & ignavum hac pictura significari putauit, cum laboriosus potius & industrius, sed cui uxor prodigalit, designetur, quamobrem asina, non asinus, in pictura est: quod Pausanias de industria annotauit, authores reliqui neglexerunt. Idem argumentum marmore cælatum, Roma duobus uisitari locis, nepe in Capitolio & in hortis Vaticanis Hermolaus Barbarus testis est. Hoc interim admirandum, non solum cur Plinius, ut Erasmus putat, sed Pausanias etiam & alij, ipsum ho-

# De Quadrupedibus

minem Oenon, id est pigrum appellauerint potius quam asinum, cui conuenit tum res ipsa tempe pigritia, tum nomen, cum onos & ocnos una tantum litera differant: & Propertius non Oenon torquere funem, sed illum ipsi toqueri his uersibus confirmet: Dignior obliquo funem qui torqueat Oeno, Aeternusq; tuam pascat aselle famem. Plutarchus in libro de animi tranquillitate: ἀλλὰ πάντας τὸν ἄσθετον ζωγράφους χαιροπόλον Θεόν, ὅντων τούτην παραίστηται επιβοσκούμενη καταναλίσκει τὸ πλεκόμενον, &c. Hoc est, Quemodmodum apud inferos depictus is qui funem torqueat, permittit asino ut depascens absument id quod tortum fuerit: ita plerique rudes obliuiosi & stupidi homines, nulla præteriorum ratione habita, futura semper expectant, & præsentia abolent. Hæc prolixius adiçio ut quæ Erasmus nec Graece rectè legit, nec aptè Latine reddidit, emendentur. Sunt qui ex hoc figmento (referente Suida, Erasmus enim præteriit) prouerbiū ὄντος de rebus nullo fine perficiendis interpretentur, ut πόνος 10 non ipsa asini uellera sint, sed funiculi quos abrodere & quasi tondere singitur. Quinetiam prouerbiū τὰ γένετα, id est, Quæ apud inferos, Aristophanis interpres ad eandem fabulā refert: quasi nō in genere ad omnia pertineat, quæ de inferis poëtæ nugantur, ut omnia inanis somnijsc̄ similia appetè sic nominemus. Mihi sanè qui primi hæc confinxerunt, Cratinus & Aristophanes, ueterum poetarum & Homerī maxime fabulas imitati uidetur, qui alias quoq; apud inferos pœnas similiter perpetuas & infinitas celebrarunt, ut cribra Danaidum, Sisyphi saxum, & Tityi iecur, & in Caucaso Promethei: ut hic ipse perpetuus in torquendis funib; labor, pœna illius fuerit, qui uiuus uel in uxorem luxuriosam, uel in meretricem prodigus fuisse. Extat Alciati Emblema hoc titulo: Ocnī effigies: De his qui meretricibus donant, quod in bonos usus uerti debeat.

Impiger haud cessat funem contexere sparto,  
Sed quantū multis uix torqueat strenuus horis,

Humidaq; artifici fungere filam manū.

Fœmina iners animal, facili congesta marito  
Lucra rapit, mundum prodigit inq; suum.

Sed desino tandem Ocnī funē torqueare, si prius monuero oenon etiā dici Græcis auem ex ardearum genere maximam & pulcherrimam, teste Pausania, quam Aristoteles stellarem uocat, & olim ē seruo in auem transiisse fabulam narrari scribit, quoniam ut cognomen sonat iners otiosaq; sit. Empusa mutabilior, prouerbij loco ab Erasmo refertur. Aristophanes enim meminit in uariis eā formas mustari, ut bouis, muli, canis, & rursus mulieris formosæ. Interpres scribit spectrum quoddam esse quod ab Hecate soleat emitte uidendum miseris & calamitosis. Quidam existimant meridianis horis apparet solitum ijs qui parentant manibus. Fit autem in sacris etiam Psalmis mentio meridiani daemonij. Sunt qui hanc ipsam Hecaten affirmant esse: narrant autem uno uideri pede, unde & nomen additū 30 putant Εμποστατή οὐοεὶ ἐνισολα: Hac Erasmus. In Etymologico legimus Empusam esse dictam παρα τὸ ευπολίζειν, ἢ ἀπὸ τὸ ἔτερον πόδα χαλκοῦ ἔχει, ἢ ὅτι ἀπὸ σποτενῶν τόπων ἐφάνετο τοῖς μυστίνοις. ἐκαλεῖτο ἡ αὔτη οὐεὶ δρό πόλη. Suidas habet sic dictam πάρα τὸ ἐνι ποσιλεψη ἥγει τὸ ἔτερον πόδα χαλκοῦ ἔχει: quia lectio similiter in Etymologico restituenda est. Vocabatur etiam ὄνοκάλη ab asinino pede, quem βολίτινον uocant: βολίτης enim proprie asinorum simus est. Cæterum dæmones quosdam onoscenos dictos supra anno tauimus. ¶ Nunc Germanica quedam adagia, in quibus asini mentio fit subnectemus, & quæ eis respondent Latina, nulla tamen eiusdem animatis mentione. Ein esel heisset den anderen sacktrager, id est, Asinus asinum saccigerulum uocat: quo sensu illud usurpatum, Loripedem rectus deridet. Si steln sind des esels salat kreüter/id est, Cardui asino acetarij loco sunt: cui conuenit, Similes habent labra lactucas. Vilseck sind des esels todt/id est, Multi facci asinum opprimunt uel enecant: Huiusmodi est, Cedendum multitudini. Man rüfft den esel mitzü hofe/er sol dann secke tragen, id est, Asinus non uocatur ad aulam nisi pro saccis portandis: Latini similiter monent, Porro à loue atq; fulmine. Wenn dem esel zü wol ist/so geht er auf das eyß tantzen / vnd bricht ein bein entzwey, id est, Cum asinus lasciuus, in glaciem saltaturus progreditur, & crux perfringit. Eiusdem argumēti est illud, Viro Lydo negotium non erat, sed ipse egreditus emit.

## DE HINNO, INNO, ET GINNO.

**H**INNUS, innus, & ginnus, animalia nobis per Germaniam ignota sunt(nisi, quis uiles & paruos asellos etiam sic nominare uelit, uterū uitio nanos) quanquam ne aliarum quidem gentium nomina præter Græca reperio, à quibus Latini quoq; mutuati sunt. Nam Itali qui nanos & bastardos asinos uocant, circumloquuntur. Qui ex equo & asina concepti generantur, quamuis à patre nomine traxerint quod hinni uocatur, matrē per omnia magis similes sunt, Columel. Equo & asina genitos mares, hinnulos antiqui uocabant: cōtraq; mulos quos asini & equæ generarent, Plin. Hinnulus, foetura capreolorū, caprarum, damarū, leporum, similiumq;: itē ex equo & asina genitus, Idem. Inulos accipiunt nōnulli ceruinos pullos: hinnos aut & hinnulos cū flatili ac duplice cōsonante, ex asina cōceptos mares equi seminio, Cælius Rhod. Muli & hinni bigeneri atq; insitij, nō suopte genere ab radicibus: ex equa enim & asino, fit mulus: cōtrā ex equo & asina hinnus, uterq; eorū ad usum utilis, partu, fructu, uentre. Et paulò post: Hinnus minor est quam mulus corpore, plerūq; rubicundior, auribus ut equi, iubam & caudā similem asini habet. Item in uentre est, ut equus, menses duodecim. Hosce itē ut equulos & educant & alunt, & aetate eorū ex dentibus cognoscunt, Varro. Himus, hima, & himulus, & himula uocatur, qui ex equo & asina nascunt, quos quidā burdones appellant, Perot. Ego in quatuor his dictionibus librariorum culpa factū puto, ut m pro duplicit